it credentibus celum patere post se
posse monstrauit dū vincētē in cele
stibus eleuauit victorē mortis quo
sequimur ostendit

Via aquile in celo .puer. 30 No
quod aliq̄ aues tante nobilitatis
sunt quod captam predam deferūt dn̄o
suo. Spiritualiter xp̄s dei filius aq̄
la superna tāte fidelitatis fuit erga
patrem suum vt captām predam in
vite presentis deserto ad quā capiē
dam missus fuerat. s. humanā natu-
ram quam vsq ad inferos secutus est
Fig. detulit in celū patri. Figu. Deut. 32
vbi aquile xp̄s assimilat vbi sic dicit
pars aūt dei ppl's eius. Et subditur
inuenit aūt eum in terra deserta in
loco horroris et vaste solitudinis. et
iterū subditur. sicut aquila expandit
alas suas et assūpsit eos atq porta
uit in humeris suis. nā ipse dei filius
humanā naturam quam diabolus
deiecerat propter inuidiā de paradi
so christus de faucibus eius velut p̄
dam auferens carnem assūptam hu
manam patri celum ascendens pre
sentauit. nosq in suum consortiū as
Leo. socians sedibus paradisi associauit.
vnde Leo papa in sermone ascensio
nis. Nō solum hoc inquit paradisi
possessores firmati sumus. sed super
na celorum in christo penetrauimus
ampliora recepturi per suā ineffabi
lem gloriam quam per diaboli inui
diam perdideramus quia quos dia
bolus de primi habitaculi felicitate
deiecit hos dei filius sibi concorpo
ratos ad patris dexteram collocauit

Venite post me Mat. 4. No. D
quod palacij magni pricipis ostia
custodiūtur ne igrediātur extranei
Ideo pauperes persone et debiles
habentes causas ad principem tan
diu expectāt ad ostium quousq ali-
quis magnus Baro cui nō tenent
porte ingrediatur ⁊ sic se ponūt post
eum et intrant et ipsi. Spiritualiter
ante christi aduentū clausa erat ia
nua regni celorum. omnes eramus ex
tranei qui debueramus esse angelo
rum consortes. Ideo plorabat Da
uid in p̄s. di. Extraneus factus sum
fratribus meis. sed ascendente christo
sto eterni regis filio cui libere patuit
ingressus porte nobis aperte sunt vt
post ipsum libere etiam nos ipi possu
Aug mus ingredi Unde augustinus i ser
mone. Ignota inquit ante christi ad
uentum via vite. quia nullius adhuc
resurgētis fuerat temerata vestigio
at vbi dominus resurrexit nota facta
solo attrita est plurimorum. ⁊c. Nā
ipse dominus noster descēdens de
celo per humilitatē ascendit cū glo
ria et portam quam nobis clauserat
nostra superbia aperuit eius humili
tas. Figu. Apo. 3. posui ostium ap-
Fig. tū coram te quod nemo potest clau
dere eo quod modicā habes virtutem
hec verba figuraliter dicta sūt a pa
tre filio domino nostro iesu christo co
ram quo positum est ostium celi ap-
tum penitus inclausibile eo quod modi
cā habuit virtutem id est humilita
tem que licet modicum et abiectum
ipsum videri fecerit forma serui idu
tum: nichilominus deus pater exalta
uit illum ⁊ donauit illi nomen quod
est super omne nomen ⁊c. philip. 2.
sequamur ergo ingredientem ipsum
sectātes huius humilitatem vt simus
Ber. eius sublimitatis cōsortes Bernar
in quadam epistola Funda in te fun
damentum humilitatis et peruenies
ad fastigiū charitatis vis capere cel
situdinem dei: cape prius humili-

tatem christi.

¶De auaritia

Qui aufert in sudore panē qua si qui occidit proximum suū Eccle.34. Nota q crudelius est occidere proximū q̄ extraneū: et horribilius est occidere fratrem suū q̄ alienū et quanto maior est coniūctio tanto amplius crudelior dicit esse lesio. Spiritualiter nulla coniūctio maior esse potest q̄ spiritualis societas et fraternitatis religio. quod patet / quia interdum carnalis pater tēporalia bona diuidit a filio et frater a fratre et soror a sorore / sed religionis fraternitas habet omnia indiuisa. vn̄. Augusti. in regulis. Sint vobis omnia communia. &c. Ille ergo fr̄ qui ductus auaritia hanc fraternitatē fraudare attēptat vt faciant proprium de communi aufert panē vite proximis suis et ipsos q̄tum in eo ē occidit. Figu. Gene.4. Chaym occidit Abel fratrem suum cui⁹ sanguis de terra clamabat ad dominū pro huius vindicta quam etiā dn̄s fieri voluit inde postmodū Lamech occidit Chaym intra folia arbor̄ sagitta sua putans feram interficere. Spiritualiter per Chaym qui inf̄p̄tatur possessio subaudi religiosum proprietariū qui agrum possidē de mercede iniquitatis similem factum Iude qui habebat loculos Iste aūt non solum interficit Abel fratrem suum sed omnes alios quorum vite facultatem occultat. Talis enim est natura auari vt omnes decipiat et acq̄rat ipse sol⁹ quod possideat. vn̄ Augustinus in quodam sermone. Auarus / velut infernus omnia deuorans vellet nullum esse. vt ipse solus omnia possideret. Sed quia falsus religiosus contra votum quod fecit hac vtitur impietate deus iuste cum ipo agit substrahens ab eo paternalē pietatē. Ber. monacho habenti prop̄ um negabit deus proprium suum quod est misereri semper et parcere Bene ergo dicitur q Chaym moritur inter folia / quia auar⁹ de fructibus nichil capit. tantum eīn vmbrā faciunt folia et in autūno deponuntur. Sic diuitie mortis tempore saltem amittuntur. ps. Cum interierit non sumet omnia. Percutitur enim sagitta lamech vt fera. Lamech interpretatur correctio. dira enim correctione corrigetur auarus qui obliuiscitur pauper misereri. vnde scriptum est Iaco.2. iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Sagitta ergo mortifera peribit cum sine remedio ad infernum mittetur. Hiere.30. Plaga crudeli et insanabili p̄cussi te Recte ergo auarus comparatur fere. cum ipse ferali more studeat omnes perimere omnia bona diripiendo. vnde Augustinus de verbis domini. Que ē ista auiditas concupiscentie cum et ipse belue habeant modum. Tunc enim rapiunt quando esuriunt. parcūt vero prede cū saturate fuerunt. Que est ista animarum insania amittere vitam / et appetere mortē / desiderare aurum et amittere celum.

Multiplicate sunt super capillos capitis mei. psal.39. Capilli nascuntur ex superfluo / non enim sunt propria substantia corporis. Ideo inciduntur et nasuntur. faciūt enim ad ornatum corporis quando debitam quantitatem non excedunt ideo ne nimium crescant resecandi sunt. Spiritualiter per capillos subaudi diuitias que nō sunt nostre sz mundi. Job.1. Nudus egressus sum ex vtero et cetera. Nudus reuertar illuc &c. Naz sicut f̄m corporis sanitatem capilli raduntur quādo nimis

crescũt sic diuitie secundũ aie salutem qñ nimis augentur pauperibꝰ erogentur: qꝛ tempore necessitatis aucte recipiũtur. vñ hortatur. Aug. in quadã epl'a. Si vis esse mercator optimus fenerator egregius da qđ non potes retinere vt recipias quod non poteris amittere. da modicũ vt recipias centuplum. da temporalez substantiam vt recipias eternaz hereditatem. sꝫ multi sunt qui ĩ tm̃ crines suos multiplicari permittũt seu crescere negligentes pauperes xp̄i ꝙ et ipsi nimis diuinam iusticiaz expectant cõtra se. Ait em̃ dñs vestri capilli oẽs numerati sũt. ac si dicat scio quibus idigetis ⁊ scio quid possidetis. Et scio quid proximis denegãtis. Ber. clamant pauperes quid facit aurum in freno. nr̃m est o diuites quicquid superflue expenditis. Sed capillorum grauedine sup flue implicati incidunt diuinam sententiam vt eorum pecunia sit in perditionem cum ill's. Figu. ij. Reg. xviij Absalon persequebatur Dauid patrem suum et dum cesariẽ magnam haberet fugiens in prelio contigit vt per eiꝰ cesariẽ quercu captus remaneret suspensus: et a persequentibus est tribus laceis transfixus et miserabiliter mortuus. Spiritualit' Absalõ est auarus qui patreꝫ suum persequitur. i. xp̄m in membris suis negando pauperibus necessaria. capitur a quercu. i. a diuina iusticia vulneratur tribus lanceis: qꝛ expoliatur in morte diuitijs: corpus traditur vermibus: et aia demonibꝰ Eze. v. fili hois accipe gladium acutũ et rade tertiã partem capillorum et vẽto eam disperges. aliã vero tertiam igni combures reliquam vero gladio diuides. prima pars q̃tũ ad corpus qđ pulueri ʒatur vt vento dispergatur. secunda vero q̃tum ad aiam que igni traditur in inferno. tertia quantum ad diuitias filijs et nepotibus derelictas que sepe ense vel gladio diuiduntur. vñ Hiero. in quodam sermone Auarus est bursa principum. cellariuꝫ latronum ⁊ rixa parentum.

Excussus sum sicut locusta p̄s 18. Nota. ꝙ locusta habet vẽtrem maiorem tota alia corporis p'te. fertur enim ꝙ roze repleta mane euacuatur inualescente sole. Spiritualiter appetitus auari est maior toto mundo. rõ est quia mundus est certis limitibus terminatus. appetitus vero auari nullo clauditur termino. Repletur roze. i. mundi facultatibus modis omibus quibus valet siue per rapinam, siue per vsurã ⁊ omni arte quã scit expoliendo proximos. Sed cuꝫ repletus fuerit euacuabitur et vt locusta excutiet' inualescente estu diuine iusticie cuꝫ videlicet eterno tradentur incendio. Job xx. Diuitias quas deuorauerat euomet et de ventre eius extrahet eas deus. Fig. Exo. x. vbi legimꝰ ꝙ flãte austro venerunt locuste sup terrã egypti vastantes omne viride et destruentes omnia que erant in cãpis deinde orante Moyse flauit ventꝰ occidentalis ⁊ proiecte sunt in mare Spiritualiter subaudi per locustas auaros vt dictum est flante igit' austro qui est ventus calidus ⁊ tumidꝰ per quem notatur prosper successus vite presentis. auari impinguant' et stant i egypto qꝛ tenebris inuoluuntur. vastant omne viride et omne in agris natum qꝛ eis nulla p̄t in aia virescere virtus quin statim radicitꝰ euellatur. he sunt locuste quas vidit beatus Jo. admodum equorum magne. Apo. ix. Que a bestia. i. dyabolo potestatẽ nocendi acceperat. Jõ. Innocentius de vilitate cõditionis humane: q̃s multos inq̇t seduxit cupiditas: q̃s plures perdidit auaritia Balaam redarguit Assellã: quia captus cupiditate promissorum dispo

Aug. Ber. Fig Eze Hie. C Job Fig Inn

fuerat maledicere israel. Nachor populus lapidauit: quia tulit argentum et aurum de anathemate hierico. Naboth interēptus est vt achab suam vineam possideret. giezi lepra perfudit: quia tulit et petijt argētū et vestes sub nomine helysei Judas laqueo se suspendit qui vendidit et tradidit iesum Ananiam et Saphiram subita mors extinxit: qꝛ de precio agri defraudauerunt apostolos hec Inno. bñ ergo subditur ꝙ flante vento occidentali .i. aduenicnte vindicta diuine iusticie per mortem occiditur et proijcitur in mare tempestatis gehenne miser auarus.

IN trauerūt aque vsqꝫ ad animam meam. ps. lxviij. Dicitur ꝙ omnium fluminum aque intrant in mare et tamen mare non redundat Cuius ratio potest esse quia tam grandis est sinus maris ꝙ quasi nichil omnia mundi flumina mari comparata reputātur. Etiam qꝛa est motus circularis in aquis secundum Isidorum. Ideo dicit Salomon ꝙ omnia mundi flumina intrāt mare vt fluant iterum. Spiritualiter per aquam que continue fluit et labitur subaudi diuitias in quibus nulla quies est. Cito enim repetet fortuna quod prestat vt dicit. Señ. per mare subaudi cor auari. Unde. Esa. lvij. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Conatur. n. auarus obturare meatus fluminum ne fluant cum pecuniam cumulans credit semper possidere ipsam. nam erga hoc cor eius iugiter feruet cogitationum procellis qualiter acquiret. qualiter acquisita conseruet. Est. n. ibi motus circularis quia acquiruntur cum labore conseruantur cum timore: et amittuntur cum dolore. Uñ. Gre. 5. moralium prius nanqꝫ mens auari dolorem habuit in ipsa sue concupiscentie fatigatione qualiter cōcupita ra- Gre.

peret quomodo aliqua blādimentis aliqua terroribus auferret. At post ꝙ acqsitis rebus peruenit ad desiderium. alius hunc dolor fatigat vt cum sollicito timore custodiat quod cum graui labore meminerat acquisitum. Hincinde insidiatores metuit atqꝫ se qđ ipse fecit ab alijs sibi fieri pertimescit. hec. Gre. Igitur in diuitijs occupatio pessima et delectatio nulla est vera. hoc probat labor humanus qui propter diuitias satagit ad omne malum. Quod plane figuratum est. Exo. vij. in prima plaga pharaonis vbi aque egyptiorum conuerse sunt in sanguinem et mortui sunt pisces qui natabant in eis Spiritualiter diuitie peccatorꝝ ⁊ auarorum conuerse sunt in sanguinem et mortui sunt pisces. i. virtutes et bone actiones conuerse quidē sūt diuitie in sanguinis effusionem vbiqꝫ locorum vt patet. Fig.

IN tenebris ambulant. ps. lxxxi. No. ꝙ in tenebris nihil visu discernitur. homo. n. non cognoscit proximum suū ab extraneo. Spiritualiter auaritia comparatur tenebre. Sapiē. 2. excecauit eos malitia eorum. i. auaritia. auaritia. n. velut cecus neminē cognoscit. Figu. Exo x. vbi legitur ꝙ in nona plaga egyptij fuerunt super terram totam tenebre que palpari poterant. Ita vt frater fratrem non videret. Spiritualiter per tenebras subaudi vt dictū est auaritiam et cupiditatem que adeo hodie mundum tinxerunt et corda hominum fedauerunt ꝙ frater fratrem non cognoscit. nec etiam filius patrem. Augu. insatiabilis auaritia patri non parcit nec matrem cognoscit: fratri non obtemperat nec amico fidem seruat. Inuadit bona vidue et rapit rem pupilli testimonium falsum profert occupat res mortui quasi non esset ipse moriens. deterior feris que parcunt prede cum E Sap Fig. Aug

fuerunt saturate.

F Nolite solliciti esse in crastinuz Mat.vi. Nota q aliqui boni cibi sunt pro eadem die qua parantur. In crastinum putrescunt. Spiritualiter vita presens describitur pro hodie eo q hodie tempus presens designetur. per cras intelligitur vita sequens in qua quilibet recipiet mercedem eius secunduz proprium laborem. vnde scriptum est Cras respōdebit michi iusticia mea Diuitie igitur et bona temporalia bene valent in vita presenti optima enim sunt ad emendum celum. Sed hic tantum hodie. Sed in future vite crastinum reseruate putresiunt et seruatorem cruciant. Ja.5. Diuitie Fig. vestre putrefacte sunt et c. Fig Exo. xvi. preceptum fuit filiis israelis in deserto vt quilibet colligeret tantum de Manna quantum ei sufficeret pro illa die. Quodcunque vero in crastinum seruabatur ebulliebat vermes Spiritualiter preceptum est fidelibus vt quilibet laboret opere manuum suarum qd manducet. sed caueat ne pauperes fraudendo cumulatam pecuniam reseruet in crastinum. Quia nichil ei proderit quin immo secum erit in perditionē. Si quis vult in vita sequenti non egere hic pauperibus erroget bona que secum portare non valet recipiendo Gre. in celo. Gregorius i omel. Res suas cum moreretur diues secum tulissz si ad petentis vocez cum viueret donasset. nam terrena omnia que seruādo amittimus largiēdo seruam9.

G Thauri pingues obsederūt me ps.xxi. dicitur q thaurus indomitus aqua madefactus multum hinc inde saltat. omnia vult ferire omnia vult percutere. Spiritualiter per thaurum indomitum notatur auarus: cuius cor induratum ē erga proximum: erga deum: erga se ipsum sine omni cōpassiōe. vn. Inn. de condi. vilitatis humane. Inn. Auarus inquit offendit deum offendit proximum: offendit seipsum Nam deo detinet debita proximo necessaria sibi oportuna subtrahit Igitur quādo madefactus est aqua. i. qn impletuz est cor cupiditate et auaritia omnia percutit qz nullus est modus acquirendi adeo prauus quē auarus exercere non tentet. Figu. Exo. primo vbi Fig. recitat magister q de fluuio egipti vbi preceperat Pharao paruulos hebreos mergi. exibat qdam anial ad modū thauri et habebat in hūero dextro signum lune corniculate. Et tūc egyptij venientes adducebāt omnia genera musicorum ad quorū sonitū thaurus saltabat et vocabāt eum egyptij deū aquis sed eadē die euanescebat. Spūaliter thaurus vt dictū est auarū significat habet. n. in dextera sua. i. in tota intētione vanitatē: et vanā spē q bene per lunā corniculatā denotat habitat in fluuio egyptiaco. i. in cupiditate diuitiarum tenebrosa vbi diabolus iubet submergi fideles aquis quos valet et congregātur erga ipm egyptij. i. demones et principes tenebrarum pulsātes instrumēta tētationū suarum demonstrantes et suggerentes prauos et ineptos modos acqrēdi. Et miser auarus ad oēs illos mouetur et intendit qliter illos omni studio valeat excercere. Gre. Greg xvi. mora. Cum in qt cupiditas domiari dicit subiect9 oibus malis demōstratur. Sed hoc vanum simulachrū subito euanescit ps 36. Trāsiui et e. n. e. q. eū et nō ē inuentus locus ei

H Seruietis dijs q non dabunt vobis requiem die ac nocte. Hieremi. 16. Nota q ibi dura ē seruit9 vbi magnus est labor et paruum lucrum vbi magna afflictio et nulla remuneratio. Spiritualiter scdm apostolum auaritia est ydolorum seruis

tus et est in ipsa afflictio magna mi sera retributio quia auaro et cupido nulla prestatur requies: et semper afflictio precedit suam mercedē. vn
Aug de Augu. in quodam sermone. auarus anteq̄ lucretur seipsum perdit
Fig. anteq̄ aliquid capiat capitur. Figu Exo. p̄mo et vltimo. vbi legimus q̄ filij israel seruierunt pharaoni lutū et palleas colligentes vt edificaret eius ciuitas super quibus positi sūt superstites vrgentes eos ad laborē ne ociosi vacarent. deinde ordinatū est vt masculi qui nascerentur necarentur et femine nutrirentur. Spiritualiter pharao denotat dyabolū regem egypti id est tenebrarum qui cecitatis filios id est cupidos et auaros sub dire seruitutis vinculo ligatos detinet. cogit eos dispergi per vniuersum egyptum id est mundum ad colligendum paleas. id est diuitias ordinans super eos vxores et filios qui velut superstites eos vrgēt congregare pecuniam in labore et erumpna cum iniurijs et mortis periculis nec permittunt eos vna hore anime saluti vaccare. Dicit enim vxor viro suo. Quare non me induis vt vicina mea a viro suo induitur. Nunquid tu non est ditior et probior eo. vade inquit per egyptū et congrega paleas q̄ melius potes Ac si dicat. Execa in te spirituale lumen et per tenebras eterne mortis scilicet peccati discurre et omnibus quibus vales modis q̄ q̄ turpibus et dānabilibus satage et congrega pecuniam ne status deficiat ne filij et vxor tua a ceteris coniuicinis despiciantur. Ecce qualiter superstites isti vrgent hodie filios israel id est christi fideles ad rapinam et vsuras. Jubet Pharao omnem masculum necari quia dyabolus modo predicto conatur omne sanctum propositum extinguere et culpas nutrire que procurante ipso nascuntur in anima. patet ergo quibus dn̄s auarus seruit qui videlicet hic laborem et in futuro eterna ministrent supplicia. vnde. Cris. omel. 9. super Cris Mat. qui pecunie seruit et presentibus constringit et futuris paratur.

I Ncenderunt igni sanctuarium tuum. ps̄. lxxiij. nota. q̄ existens in loco vel castro vbi ignis supponitur et non potest inde fugere debet ad altiorem turrim festinare ad quam ignis non potest attingere ibi potest se ab inimicis tueri et euadere periculum incendij. Spiritualiter dyabolus calidissima malitia plenus vt possit sic castrum ecclesie dominari fere totum mundum cupiditatis et auaritie impleuit incendio. vnde scriptum est. Totus mundus positus est in maligno scilicet in malo igne cupiditatis et pauci valent fugere ignem hunc. hieremie 6. cap. A minimo vsq̄ ad maiorem a propheta vsq̄ ad sacerdotem auaritie student. nullum ergo facilius est remedium q̄ per contemplationem ascendere diuinorum bonorum atq̄ celestium altitudinem. Tunc enim sordescent hec inferiora pre nimia super celestium dulcedine et afflictus in his charitate accensus se ab omni incursu liberabit dyaboli. Figura. iudi. 9. vbi legitur q̄ cū Fig. Abimelech succendisset oppidum thebes gentes illius loci fugerunt ad turrim et cum conaretur Abimelech ad ostium turris ignem supponere vt saltem execaret ibi existentes domina quedam fragmen mole vibrans desuper caput Abimelech percussit qui mortaliter ictum sentiens a proprio armigero se iussit interfici. Spiritualiter Thebas que interpretatur bonitas vite recte fidelium ecclesiam denotat in

ea enim pre ceteris nationibus vi
get vite bonitas quam sancti euan
gelij doctrina continet. Abimelech
qui interpretatur nubilū dyabolum
significat tenebrosum et obscurum.
Conatur igitur accendere ecclesiā
igne cupiditatis et auaritie cui⁹ sū
mo desiderio et appetitu ꝙ plures
vt dictum est cordis oculis sunt pri
uati. Sed veri fideles ad turrim con
templationis ingressi ignem cupidi
tatis fugiunt et euadunt. Nam vna
scintilla celestis glorie considerata
omnem delectationem pn̄tis vite su
Aug perat. Unde Aug. in li. de moribus
ecclesie. Tanta est inquit pulchritu
do iusticie tanta est iocūditas lucis
eterne vt etiam si nō liceꝛ amplius
manere nisi vnius diei mora ꝓpter
hanc solum innumerabiles anni hu
ius vite pleni diuitijs et confluētia
bonorum temporalium recte merito
ꝙ contemneretur. hec August. tan
tus igitur est iocus celestium contē
platio et est ibi charitas dn̄a omniū
virtutum que secū fidem et sp̄em ꝑ
ducens Abimelech et exercitū ma
ctat et fugat. vn̄. Cassiodo. sup. p̄s.
Cas. charitas est mors criminum. virtus
pugnātium. palma victorum. cōcor
dia mentium. societas electorum.
quam fides concipit ad quam spes
currit cui perfectio omniū bonorum
seruit. Igitur dyabolus percussus
charitatis iaculo propria extinguit
nequitia

R In medio ignis nō sum estuat⁹
Ecclesia. li. magna virtus est
per constantiam veritatis sustinere
penam ignis cū ceteris penis ignis
incendium sit molestius. idcirco san
cti martyres constantes dicuntur
qui ob christi amorem ne seruirent
ydolis hanc penam calcauerūt Spi
ritualiter virtuose hodie agit qui re
pulsis cupiditate et auaritia q̄ sunt
ydolorum seruitus se exponit sustine
re ignem paupertatis et egestatis
vt cū propheta dicat igne me exami
nasti et nō inuenta est in me iniqui
tas: et precipue cum videamus ho-
die tam clericos ꝙ seculares terrē
nis inuolui. deus tamē illos non de
relinquit qui pro eius amore pauꝑ
tate pulsantur: cū dicat ꝓpheta. ti
bi dere. est pa. orphano tu eris adiu
tor. Figura. Dan. 3. vbi legimus ꝙ Fig.
tres pueri nolentes adorare ydolū
vt rex preceperat ad sonum diuerso
rum instrumentorum iussu regis in
fornace missi sunt sed vi sua ignis a
missa contra pueros succendentes
fornacem extinxit pueris sanis et il
lesis remanentibus. Spiritualiter.
rex babylonis denotat dyabolū ydo
lorum auri et argenti cupiditatem
et auaritiam genera diuersa musi-
corum ad quorū sonitum babilonij
cadentes in terra adorant ydolum.
i. diuersos modos acquirendi et ra-
piendi aliena significat. quos demo
nes suggerunt cupidis et auaris q̄
dum vident et audiunt cadunt ad
terrena per affectum et modos illos
per effectum exercent. succenden-
tes fornacem sunt superstua succen
dentes honores et mundi pompam
pretendentes que velut sufflatorū
accendunt appetitum hominum ad
imitandam et sectandam auaritiam
sed cito igne illo extinguntur quia
repentibus demonibus eorum ani-
me gehenne eterne cruciande tra-
dentur. pauperes aūt qui per patiē
tiam seruantes puritatem verbi pu
ritatem intentionis et puritatē opis
vincunt cupiditatis et auaritie ap-
petitum et quasi aurum et argentū
examinati incolumes portantur ad
celum quod quidē quasi altero mar
tirio adepti sunt Ber. in quodā ser. Ber.
Quod martirium maius est ꝙ inter
epulas esurire: inter vestes multas
et preciosas algere. paupertate pre
mi inter diuitias quas offert mund⁹
quas ostendit malign⁹ quas cupit

et affectus. propterea pauperib⁹ pariter et martyribus regnum celorum promittitur. quia paupertate emitur sed in passiõe pro christo absq3 ablatione percipitur.

2 Simulacra gentium argentum et aurum opera manuum hominum. ps. cxiij. et. cxxxiij. consueuerunt fieri aliquando in tabernis simulacra depicta puta animalia siluestria cum extraneis actib⁹. aliqñ pingitur asinus medicus q̃ inspicit vrinale quãdoq3 simia que legit vulpes que pulsat cytharã. hec em̃ pinguntur vt homines curiosi libẽtius declinent ad tabernam et emant vinum. Spiritualiter. dyabolus cognoscens humanum appetitum esse pronum ad simulacra et ydolatriam pecunia cõtemplanda et etiam exercẽda seu colligẽda in sua taberna hoc est in mũdo depingit statuas et ymagines argẽti ⁊ auri vt cupidi ⁊ auari videtes declinẽt ad cellariũ dyaboli. i. ad pecuniam et vsuram furta et rapinam qđ fere omnes faciũt gẽtes hodie relictis deo et animarum salute. ps. Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt nõ est qui fa. b. nõ

Fig · est vsq3 ad vnũ. Figu. 3. reg. 12. vbi legimus q᷑ mortuo Salomõe venit Jeroboam seruus profugus faciens se regem israel contra Roboam filiũ Salomõis. Et ne populus in hierusalem ascenderet adoraturus deum in templum qđ Salomon fuerat fabricatus fecit fieri duos vitulos aureos quos populo prebuit adorãdos dicẽs. hi sunt dij tui israel q̃ te eduxerunt de egypto hos adorabitis. timebat em̃ regnum suum minui si populus ascendisset in hierusalẽ deum adoraturus. Idcirco illos duos vitulos ordinauit. Spũaliter. Jeroboam qui interp̃tat̃ diuisio populi significat dyabolũ qui conat̃ diuidere fideles a christo dño suo ⁊ ab amore fraterno et ne populus ascẽdat ad templũ dei. i. ad ecclesiam quã verus salomon. i. christus suo sanguine fabricatus est vt fugiẽtes pctõres repropiciaret ⁊ pacificaret patri. Erexit i hunc mundũ duo ydola aurea. scilz cupiditatẽ ⁊ auariciã. Scit em̃ q᷑ si fideles intrarent templum dei audire verbum dei cõfiterent̃ peccata et ceteros actus ecclesiasticos operando quos christus obseruari precepit populus eius sc3 peccatores minuerent̃ et ampli⁹ nõ rediret ad ipsum Ideo populum suũ precepit hos vitulos adorare asserens aurum et argentum esse deos qui homines educant ab egyptiaca egestate. i. a confusione paupertatis. curetis solũ de pecunijs dicit diabolus. de diuitiarum congregatione templum dei penitus dimittentes. Et prochdolor q̃ bene obeditur ei: quia non tantum quisq3 de populo suo ascendit ad templum dei: sed qđ detestabilius est qui videbant̃ in tẽplo dei esse et etiã ipsi ministri tẽpli descenderunt ad vitulos ita vt pauci cũ vero rege christo permaneant. patet ergo grande malum qđ auaricia peperit in hoc mũdo. vñ Raba. super Math. 6. O opes maligne auaricie bonis anim⁹ detestande quẽ illesum: quẽ inconcussum dimittitis? Tu genus hominũ cõfudisti. Tu discipulũ comitem christi ab apostolatu precipitasti. Tu milites custodientes sepulchrum captiuasti Nunquid non bene dictum est. Pecunie obediũt omnia? Rab

Musce morientes perdunt suauitatem vnguenti. Ecclĩastes. x. M Nota q᷑ musce nunq̃ vadunt super scutellã dum cibus est ibi calidus s3 cum tepescit et refrigescit residẽt ibi fedãtes ipsum. Spũaliter. dũ cor humanũ retinet calorẽ charitatis semp est procul musca cupiditatis. Ratio est q2 opposita nõ se ꝯpatiunt̃ i eodẽ. Aug. in quodã sermone. Radix oim bonorum est charitas. Radix oim ma= Aug

loꝝ cupiditas est. ambe simul esse n possunt ⁊ nisi vna radicitus expellatur alia plantari non potest. Frustra enim conatur quis ramos pscidere nisi radicem studeat extirpare. Igitur tepefacta ⁊ refrigerata charitate fidelium a cordibus eorum musce cupiditatis ⁊ auaricie in cordibus eorum sic creuerūt ꝙ fere totum mundum
Fig. fedauerūt. Fig. Exo. 8. vbi legitur ꝙ quarta pharaonis plaga fuit muscarum multitudo: quarum tanta erat infestatio vt vix possent homines viuere. Spiritualiter. subaudi per has muscas infestas cupiditatis ⁊ auaricie actus q̇ adeo sunt fedi ⁊ infesti vt omnes hūanos mores moderno tēpore prophanauerunt: sed sicut moriens musca dulcedinem amittit: sic auarus in morte omni bono priuatur. Luce. 16. Mortuus est diues et sepultus est in inferno.

N AQue multe populi multi decurrentes ad mortem. Apoca. 17. Nota ꝙ q̄diu terra coopta est aq̇s non potest homo de terre cōditione iudicare: sed aquis de terra remotis quando terra nuda videtur potest homo de terre q̄titate experiri. Spiritualiter. subaudi ꝑ aquas terrenas diuitias propter similitudinem fluxus in vtrisq reperti: ergo cum mēs nostra terrenis dedita est operitur diuitiarum affluentia et nequaq̄ cognoscere valet statum vite sue: sed cum ei fortuna tergum vertit repetens qđ prestauerat percipiet q̄tum anima in eisdem erat sterilis et sine
Fig. bono. Figu. Gen̄. 1. Dixit dn̄s. Congregētur aque que sub celo sunt in vnum locū ⁊ appareat arida. Spiritualiter. cum deus exigente iusticia auarum spoliat ex terrenis diuitijs. tunc ad seipsum reuersus videt ⁊ cognoscit animam suam in diuitijs vt dictum est aridam et sterilem extitisse. Unde Ecclesiastes. 2. Magnificaui opera mea. ⁊c. et in fine subditur et conuersus ad illa que operate fuerant manus mee vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi et nichil firmum manere sub sole.

QUi de terra est de terra loquitur. Jo. 3. Nota ꝙ existens in planicie terre non potest bene iudicare de q̄titate: sed si in locum eminentem ascēderit plenius et certius iudicabit. ideo q̄to homo remotior est a terra ei terra breuior apparet. Unde dicūt Astrologi ꝙ si esset possibile hominem vsq ad speram lune eleuari terra ei appareret vt pūctus Spiritualiter. homies diligētes terrena iudicant illa magna. ps. Beatum dixerunt populum cui hec sunt. sed hoc pro tanto contingit: quia nō eleuant cor aliquando ad celestia. Q.
Grego. in mora. Carnales homines presentem vitam diligūt: quia q̄ta sit eternitatis gloria non attendunt et dum perennitatis dulcedinem nō considerant cursum stationem firmū lapsum arbitrantur habitaculū. Figu. Eze. 8. vbi spiritus eleuauit ipm Ezechielem inter celum ⁊ terram ⁊ cōuersus vidit abominationem aspexit terrā et ecce vacua. erat. ⁊c. Spiritualiter. Ezechiel interp̄tatur auxilium dei ⁊ denotat hominem a deo adiutum quem spūs san. ad celestium subleuat meditationem qui postmodum retro aspiciens que prius affectuose amabat visis celestibus nuncupat ponderosa et vana. Unde idē Grego. in omel. si consideremus fratres charissimi que et q̄ta sunt que nobis promittuntur in celis vilescūt animo omnia que habentur in terris. Gre.
Fi.
Gre.

NE absorbeat me profundum. ps. 68. videmus sensibiliter ꝙ in eadem aqua aliqua supernatāt ⁊ veniunt ad littus. Aliqua vero profundum petūt ⁊ remanent ibi: ⁊ hoc est propter dispositionem recipiētiū prout grauia sunt aut leuia. Spiritualiter. per aquam que cito labitur no P

tantur bona fortune. In eisdem em̄
quidam positi sunt et statim submer
gūtur: vt qui cupiditate per affectū
pleni sunt. Quidam vero sciunt ita
vti diuitijs ꝙ licet multum affluant
illas cum pauperibus diuidendo ve
Fig. nīūt ad vite eterne littus. Fig. exo.
14. Filij israel itrauerūt aquas ma
ris que diuise sunt et sic ambulātes
per medium earum peruenerunt ad
littus: egyptij vero similiter intraue
rūt et diuerse aque vnite sunt ⁊ ope
ruerunt ipsos et descenderunt in ꝓ
fundum quasi lapis. Spiritualiter.
filij israel sunt veri fideles q̀ patrē
suum christum vidēt oculo pietatis
diuidunt em̄ cum proximis suis sub
stantiam. et sic per medium eorū. s.
virtuose tenendo medium inter aua
riciam et ꝓdigalitatē. s. libere agen
do vbi cōsistit virtus. Egyptij vero
sunt caligine cupiditatis excecati q̀
nolunt propria diuidere: sed volunt
diuisa sibi vnire bona proximorum
sibi quomodolibet vsurpando et tūc
ad profundum interitus eos mergit
auaricie procella. ps̄. Ueni in altitu
dinē maris et. t. d. m. Patet ergo ꝙ
vsus diuitiarum bonus est ad salutē
abusus vero ducit ad gehēnam. vñ
Am. Am. li. 9. super Lu. Discāt diuites
non in facultatibus crimen haberi:
sed in his q̀ vti nesciunt. Nam diui-
tie vt sunt impedimēta reprobis ita
sunt bonis adiumenta virtutis.

Q. Aperi os tuum et adimplebo il-
lud. ps̄. 80. Nota ꝙ vas plenū
repleri nō potest nisi euacuet᷑ prius
qr esse duo corpora in eodem est im-
possibile. Spiritualiter. cor hominis
est vas quoddam qđ si auaricia re-
pleatur: ibi nō potest esse gratie ple
Leo. nitudo. s. christꝰ. vnde Leo papa in
sermone die iouis sancte. Amore pe
cunie vilis est omnis affectio. ⁊ ani
ma lucri cupida etiam pro exiguo pe
rire nō metuit: nullūq3 est iusticie in
illo corde vestigiū vbi auaricia sibi
fecit habitaculum. Auarꝰ igitur: qr
nequaq3 valet aperire cor pie ⁊ mi-
sericorditer pauperi: sed impietāte
plenū non valet diuinam gratiā re-
tinere seu recipere. Idcirco moret᷑
in sua impietate morte damnatiōis.
Figu. zacha. 5. vbi angelus ostēdit
zacharie amphoram in qua mulier Fig.
erat intus i interroganti zacharie q̄d
esset angelus respondit. Oculus eo
rū in vniuersa terra. ⁊ positū est sup
os amphore talentum plumbi et in-
terrogāti zacharie quid est: angelꝰ
respondit. hec est impietas. venerūt
tandem due mulieres habētes alas
milui amphoram de terra tollētes ⁊
eam secum portātes. et interrogāti
zacharie angelum dñi quo deferunt
amphoram ille mulieres: Respōdit
angelus. vt edificetur sibi locꝰ itra
sennaar / ⁊ ponat᷑ ibi sup basim suā.
hec omnia zacharie ostensa sunt in
spiritu. Spiritualiter. mulier in am-
phora est auaritia in anima: ⁊ recte
nominatur oculus eorum in vniuer
sa terra siue in finibus terre. per ta
lentum plūbi quo clauditur os am-
phore notat᷑ impietas qua claudit᷑
cor auari. nam sicut auarus impius
est pauperibus q̄bus claudit viscera
pietatis: ita diuio iudicio sibijpsi est
crudelis vt os suū aperire nequeat
ad diuinam gratiā postulandā. ps̄.
Muta fiant labia dolosa. Señ. in ꝓ Sen.
uerbijs. Auarus nulli est bonus si-
bi autē est pessimus. Unde bene per
angelum dicit᷑. Impietas per duas
mulieres alatas alis milui. Due sūt
circa auaritiam cōditiones pessime
scil3 auiditas in acq̄rendo: ⁊ austeri
tas in retinendo. Nam he due soro
res velut miluus omnem modū q̄s-
uis immūdum ac turpem suggerūt
auaro. vna accendit ad acquirendū
Alia ipsum ligat ne largiatur. Job.
18. Tenebit᷑ plāta eius laqueo ⁊ ex
ardesc3 ꝯtra eū ignis Deide he due
mulieres tollūt aīam auari de libro

vite et deferũt eã in terraz sennaar que interp̃tatur excussio dentium et recte denotat tenebras exteriores.s. inferni vbi erit fletus et stridor dentium. ibi stabiliet eternaliter super basim suam quam sibi sua procurauerit culpa. patet igitur q̃tum malum procurent he due conditiones ipsi auaro: q2 in acquirendo et tenẽdo molestant in hac vita, et in sequẽti eterno tradũt incendio. Grego. in
Gre. quadã omel. Auarus hic inquit ardet estu cõcupiscentie ac multiplici cura custodie, ⁊ postmodum ardebit igne gehenne.

Ignis cõbusiit peccatores. p̃s.
R cv. Nota q̃ ignis ordinat9 vtilis est et necessarius vsui propter cibum. Nõ em̃ vescitur crudis homo vt bruta: idiget em̃ igne algoris tp̃e ignis vero inordinatus nimis est periculosus. cõburit em̃ aliquãdo substantiam et personam. ideo in seruãdo ignẽ ne ledat magna requiritur cautela. Sp̃ualiter. duplex est ignis ſm scripturã. s. charitatis ⁊ tal' ignis est necessarius ad salutẽ: de quo dicitur Luce. 12. Ignẽ veni mittere in terrã. et quid volo nisi vt ardeat? ⁊ al'ter est ignis cupiditatis ⁊ auaricie: ⁊ hic est periculosus nimis: quia ip̃m subsequũtur omnia exterminia. p̃s. Ignis grãdo. n. g. s. p. In suos autores cadit et deuorat ⁊ a luce diuina separat. p̃s. Sup̃ cecidit ignis ⁊ nõ viderunt solem. Figu. Leuit. x. Na
Fig. dab et abiu posuerũt in turibul' suis ignẽ alienũ: cu3 tñ preceptũ fuisset Moysi et aarõ patri eor̃ q̃ de igne altaris dei solũ poneret in turibulis et ideo igne subito extincti sunt. Spiritualit. duo filij Aarõ denotãt corpus et sp̃m: vel possum9 intelligere clericos et religiosos quib9 precipit ignẽ sanctũ ponere in turibulis. s. in virtutibus anime, et in sensibus corporis charitatẽ habere. et p̃hibent accipe ignẽ cupiditatis et auaricie tam in volũtate q̃3 in ope eo q̃ auaricie deditus causat peccatu3. vnde Leo papa. virũ catholicũ et p̃cipue Leo. dei sacerdotem sicut nullo implicari errore: ita nulla oportet violari cupiditate. Mẽs em̃ pecunie auida nec abstinere nouit a proh:ibitis nec gaudere concessis nec pietati adhibere consensum. Debẽt. n. de altari dei. i. de cruce christi ignẽ assumere charitatis et sic in suis turibulis fuare Tũc etiã ex ipsis odorẽ deo per gratiar̃ actionẽ et p̃ximis p̃ bona operationis excẽpla donabũt: sed prothdolor m'lti interdictũ ignẽ atq3 p̃hibitum accendẽtes nõ odorẽ: sed intolerabilem dederunt fetorem. Berñ Ber. sup̃ Can. q̃ sine miserabili gemitu dicendũ nõ est christi opprobria sputa, flagella, clauos, lanceã, crucem. hec oĩa in fornace auaricie cõflãt in acquisitione turpis questus et p̃ciũ vniuersitatis suis marsupijs iclude re festinãt. Hoc sane a iuda scarioti differẽtes: q2 ille om̃e eor̃ emolimẽtũ denarior̃ numero appẽsauit. Isti voraciore ingluuie lucror̃ infinitas exigũt pecunias. hoc Ber. et loquit 9tra prauos clericos siue religiosos et malos prelatos vẽdẽtes diuina ⁊ prophanantes iusticias ⁊ leges dei p̃pter pecunie cupiditatẽ: sed ip̃i cũ Juda eterno incẽdio cremabuntur.

¶ Beatitudo.

Pascentur agni iuxta ordinem A suum Esa. 5. No. q̃ in nuptijs bene ordinatis semp̃ quilibet ponit in loco sibi decẽti: puta miles cũ militib9. scutifer cũ scutiferis: baro cũ baronib9. Est em̃ ibi paterfamilias omnes collocãs ſm vniuscuiusq3 dignitatẽ. Sp̃ualiter nuptie eterne beatitudinis sunt optie ordiate: q2 ibi nullus introducit indignus. Nã paterfamilias ſm sue iusticie regula3 vnicuiq3 reddit ſm exigentiam meritorum. Fig. Geñ. xliii. Joseph cum Fig. dñaretur toti9 regni egypti fratres

suos mutauit & illis magnum parauit conuiuiu3. posuit usq3 illos in mensa iuxta primogenituram eodem tamen cibo cuctos pauit. Spiritualiter per Joseph subaudi christum qui libere donatur toti regni celestis. p fratres vero eius subaudi oes electos. igitur christus cum suscipit ad eternu3 conuiuiu ibi eos collocat fm gradus merito4. Nam christus est primogenitus patris: ideo in eterna hereditate sedens ad dexteram patris tenet primu gradum. Psal. Ego primogenitu ponam illum. & c. post ipm quilz collocabit fm ppinquitate spiritualem que est per gradus charitatis que in presenti vita seruat. na qui magis in mundi tribulationibus et angustijs de ppiuquo secuti sunt christi vestigia ipsi ppinquores christo sedebunt. Pascentur tn eode cibo: q2 eadem perfecta & lucida diuine essentie visione fruentur. Hac ia sancto4 anime i illa gloriosa ciuita-
Aug te obtinet. Un Augustinus in epla ad cirillu hec se fatet audiuisse a beato hiero. sibi iam apparete mortuo in luce candida. qui hiero. tanq3 expertus de hoc & de alijs informauit lege eplam si habes. sic igitur ordo in ista patria sancta seruat talis: q2 vna gloria omnes fruunt & tn plus et minus fm precedetia merita pre-
Gre. minantur Gregorius. v. lib. dial. tractas illud in domo patris mei. & c. si enim inqt dispar retributio in illa beatitudine eterna no esset vna poti mansio q3 multe essent. Multe ergo masiones sunt in quibus & distincti bono4 ordines & pro meritorum cosortio cominiter letant. Et tn vnu denarium oes laborantes accipiunt qui in multis mansionibus distingutur: q2 & vna est beatitudo qua illic percipiut & dispar retributionis qualitas qua per opa diuersa sequunt.
B Qui biberit ex hac aqua non sitiet ineternum. Jo. iiij. Nota q in balneo aque q3to plures itrat tanto amplius eo4im aqua crescit & attingit superi. Ita q quilibet existentium plus habet de aqua et tanto amplius circuuenitur. Spiritualiter. per aquam subaudi beatitudinem eternam sine qua desiderium et anime nostre sitis non valet extingui. ps. Sitiuit anima mea ad deu3 fontem viuum. & c. In illa ergo tanta erit amoris perfectio & abundantia glorie q q3q3 illuc intret electorum innumerabilis multitudo non tame propter hoc quisq3 minus habebit. Augu. super ps. Hereditas inquit christi cuius coheredes sumus non tamen minuitur copia possessorum nec fit angustior numerositate coheredum: sed tanta est multis q3ta est paucis: tata singulis q3ta omnibus. Figu. Numeri. xx. Percusso lapide tanta manauit aqua vt sufficienter biberent homines & iumenta. Spiritualiter. petra percussa virga fuit christi humanitas ppter nostra pcta vulnerata. Esa. liij. Propter scelera populi mei percussi eum Tanta ergo fuit virtus sue sacratissime passionis q latissime aque glorie conferuntur volentibus abundanter. Esa. lv. Omnes sitietes venite ad aquas & qui no habetis argentum id est virtutes & merita absq3 vlla commutatione: emite vobis vinum & lac. Bibent ergo omnes de aqua celestis glorie cosequente eos petra: petra autem erat christus Et bene dicitur q bibent homine. et iumeta. i. iusti et peccatores sinus meritis: desinentes tamen peccare et couertentes per lacrimas ad misericordiam. ps. Homines & iumeta sal. do. & c. Ecce quead modum multiplicata est misericordia sua. vnde Cassiodorus super illud. ps. Extendens celum sicut pellem sic ait. Bene inquit dominu3 celum dicitur extendere vbi meretrices et publica-

Aug (margin, beside "bebit. Augu. super ps.")
Fig. (margin, beside "nibus. Figu.")
Cas. (margin, beside "Cassiodorus")

nos eum cōstat admittere. Nam cū
sint celi per iusticiam iustorum facti
sunt ex gratie largitate peccantium

INebriabsitur ab vbertate dul=
cedinis dom⁹ tue. ps. xxxv. No
ta q princeps magnus cupiēs ma=
gnificū facere cōuiuiū q̄ttuor studet
inter alia obseruare. s. tempus aptū
quo scilicet gentes a distantibus ad
conuiuium vocate libere possint ve=
nire: ne niuium seu aquarum inun=
datione prohibeantur. secundo exi=
gitur locus aptus. s. speciosus ma=
gnus ⁊ amenus: vbi non solum con
uiuantes cōmode sint in mensa: im
mo quo ad lectos ⁊ cameras p qui=
ete. tertio q inter alia sumēda in cō
uiuio prouidendum est de optimo vi
no. Ratio est: quia in conuiuijs req=
ritur leticia et gaudiū: et vinum pre
omnibus habet illa causare. ps. Ui=
num letificat cor hominis. quarto et
vltimo solent magni principes pro=
trahere conuiuium non solum vna
die: sed multis vt appareat eor ma
gnanimitas et largitatis abundan=
tia. Spiritualiter. Christus dei fili⁹
rex supern⁹ et princeps regum ter=
re in cōuiuio et refectione eterne be
atitudinis hec omnia seruare voluit
Fig. Figura hester. i. vbi legimus q as=
suerus rex magnus q̄ regnauit ab
ethiopia vsq in indiam tertio anno
regni sui fecit conuiuiū magnum in
domo sua itrabili que colūnis argē
teis sustentabatur. Habebat gem=
mas diuersi coloris ad instar siderū
in tecto admodum etiam signorum
stellarum firmamenti et erātibi le=
ctuli aurei et argentei prout in eo=
dem libro legitur numerantur ibi in
numerabiles ornatus. Erant etiam
ibi mense mire pulchritudinis et bi
bebant vinum precipuum et optimū
nec erat qui cogeret ad bibēdum et
durauit conuiuium. lxx. diebus. Igi
tur istud cōuiuium fecit rex princi=
pibus suis et inclitis prouinciarum
Spiritualiter. per Assuerum qui in
terpretatur beatitudo notatur chri=
stus deus et homo q̄ regnauit a ma
ri vsq ad mare, et a flumie vsq ad
terminos orbis terrarū. In ipso em̄
omnis beatitudo corporis animiq
cōsistit: quia sua beatitudo nostra est
beatitudo. Ergo si magnus est ma=
gna est beatitudo nostra. Unde Au Aug
gusti. in soli. circa finē. vere dñe ma=
gnus es tu sup omnes deos: et mer=
ces tua magna est nimis. neq enim
magnus es tu et parua merces tua
sed vt magnus es tu magna est mer
ces tua: quoniā nō aliud tu et aliud
merces tua: sz tu ipse magna merces
nimis tu ipse coronatio et corona. tu
promissor et promissio: tu remunera
tor et munus: tu premiator et p̄miū
felicitatis. Iste igitur princeps tam
grandis tempus obseruauit debitū
quia tertio anno imperij sui. primus
annus fuit status nature. secundus
status legis. tertius status gratie.
Obseruauit igitur q veniret tempo
ris plenitudo i quo serenitas verna
lis gracie lucificaret orbem et fuga
ret peccati emendāne amplius pro
hiberentur inuitati venire ad nupti
as quēadmodū prohibiti fuerant p̄=
cedentibus annis. Igitur sic purga
to aere per diuinam gratiā. spūssan
ctus humanam naturaz vocat ad cō
uiuium dñ i. Canti. 2. di. Iam hyēs
trāsijt ymber abijt et recessit: surge
amica mea et veni. parauit etiaz do
mum ornatā mirabiliter scdm magni=
ficentiam regni sui. ps. cxi. Gloria ⁊
diuitie in domo eius. Tāta em̄ solē
nitas apparatus est et intantum no
stram considerationem transcendit
vt vnum minimū eius non possum⁹
cogitare. vñ Aug. i epistola ad ciril
lum protestatur audiuisse ab anima
hiero. sibi apparente in quadā splē
dida luce infrascripta verba cū em̄
vellet Augusti. componere librum Aug

de aie beatitudine supradicta anima apparuit sibi dicens. O augustine credis tu totum mare in vase reponere paruo? aut credis vniuersuz pugillo includere? vel credis tu celū et sydera a suo cursu retrahere? Nā sicut supradicta facere non posses: sic nec minimam partem beatitudinis anime separate quam hȝ in glīa non potes determinare. hec Augu. sed dicitur ista domus camerata auro et argēto gēmis pro tanto vt sciamus qm̄ multe et diuerse māsiones in domo dei sunt diuino splendētes amore. vt quilibet inuitatus. i. predestinatus sua mansione contentus adeo existat vt nullatenus inuidiaz vnus alterius capiat propter nimiā caritatem: imo vt tm̄ quis de bono proximi gaudeat q̄tum de suo proprio. vnde Grego. in mora. tanta inquit vis in illa pace nos sociat vt qđ in se quisq; nō acceperit hec se accepisse in alio exultet: vna cunctis erit beatitudo leticie quāuis non sit omnibus vna sublimitas vite. erit enī ibi ciborū affluētia: que cōsistit in visione beata: ꝛ societatē sine fastidio capiemus modo mirabili ꝛ super excellenti. vn̄ Aug. super Jo. omel. 3. Talis inquit illa delectatio pulchritudinis erit vt tibi semper presens sit et nunq̄ satieris si enim dixero q̄ non satiaberis fames erit. si dixero satiaberis fastidiuȝ timeo vbi nec fastidium erit nec fames. Quid dicam nescio si deus habet quod exhibeat. Erit in ipso conuiuio vinū precipuum per quod subaudi diuinum gaudium super electos qđ ipse christus eis promisit in euāgelio. Jo. 15. di. Gaudiū inquit meū in vobis sit. Istud gaudium cor electorum letificat. nec est qui cogat ad bibendum quia tanta est glīe dulcedo vt nemo ad illius fruitionem indigeat. p. lxx. dies quibus durauit conuiuium subaudi eternitatem. Nam quilibet horum numerorum quibus efficitur septuagenarius numerus quandam dicunt plenitudinem. 7. nanq; diebus tota comprehenditur temporis plenitudo. per denarium vero totus numerus complectitur. Naȝ si vltra progrediaris repetes quod dixisti. Igitur supernum conuiuium per infinita secula seculorum in omni perfecta leticia om̄i excluso defectu penitus remanebit. vnde Aug. in soliloquio. Ibi erit eterna refectio. perpetua dilectio: iocunda possessio. Ibi dies sine nocte: vita sine morte iuuentus sine senectute. pulchritudo sine deformitate: fortitudo sine debilitate: leticia sine dolore. tranquilitas sine labore. et sine omni fallatia veritatis vera cognitio.

Veni in terram quam monstrauero tibi. Gen̄. 12. Nota q̄ sūt q̄plures qui vellent bene comedere et bibere ac etiam dormire et nullatenus laborare. Tales nominamus pultrones qui cōsueuerunt pegrinorum habitum assumere. et dum terram elemosynis affluentem inueniunt dimissa peregrinatiōe ibi requiescunt. ideo premium peregrinantium non recipiunt. Spiritualiter. nōs promittitur premium eterne beatitudinis nisi legittime per semitas mandatorum dei illuc accedētibus. Unde Augustinus. in libro de paradiso. Tu inquit qui veram requiem que post hanc vitam christianis promittitur queris et hac causa inter amarissimas huius vite molestias se queris suauem et iocundam gustabis: si eius qui tibi eam promisit mādata dilexeris. sed multi sunt qui habitum christiane peregrinatiōis portantes quos modicus accedendi labor et demorandi torpor adeo ab huiusmodi peregrinatione subtrahit vt a celesti patria totaliter efficiat alienos. Figura Numeri decimotertio. Redeuntibus. 12. exploratoribus

quoꝫ Moyses miserat ad terram ꝓ
missionis ⁊ portantibꝰ de triplici ex
cellētissimoꝝ fructuū genere illius
terre aiati sunt filij israel ad ꝓlium
vt terrā illā obtinerent: sciētes eam
tā vberē et fecūdā. sed audiētes ter
ram illam habere gygātes de terra
enach magnos et potētes ꝯmoti sūt
turbati sunt tremor apprehēdit eos
Jdcirco dicebāt vtinā mortui fuisse
mus in egypto: cur eñ venimꝰ huc
vt nos et paruuli nostri morte moria
mur. Tantus igit̄ stupor fuit atqꝫ ti
mor et pauor ꝙ nullatenus ingredi
voluerūt: sed remanserunt in deser=
to vbi fere omnes mortui sunt. Spū
aliter christus volēs pplm xp̄ianuꝫ
quē ab egyptiaca s̄uitute liberauit
ducere ad promissam beatitudinem
per. 12. apostolos suos fructū beati=
tudinis ꝑdicte nobis mãifestat ⁊ oñ
dit. et hec est triplex prout tribꝰ mo
dis fruemur visione diuina. Ber. in
Ber. quodā sermone. tripliciter inq̄t eter
na illa et perfecta beatitudine frue=
mur deo vidētes eū in omnibꝰ crea
turis. habētes eū in nobisipsis ⁊ qḋ
in his oibus ineffabiliter iocūdus sit
atqꝫ beatus ipsam in semetipsam co
gnoscere trinitateꝫ. Animari igitur
debemꝰ desiderio talis patrie ĩ qua
tāta est magnitudo dulcedinis quā
nō sufficimꝰ cogitare. sed anteq̄ il=
luc perueniatur pugnare oportet cō
tra genꝰ hoim enach. i. contra vicia
et peccata q2 non coronabit̄ nisi qui
legitime certauerit. Enach interpre
tatur fortis seu terribilis et bene de
notat humani generis inimicū vt di
ctum est hoc nanqꝫ genus nūq̄ nos
desinit ĩpugnare manifeste et occul=
te. sed sic eum ꝓstrauit xp̄s vt vires
eius sint multipliciter diminute. Li
gatus est enim princeps inferni: vt
nos ĩfestare nequaq̄ possit: nisi q̄tū
ad nostrū spectat exercitiū. Nā licꝫ
furore repletus super fideles irruat
moderat tamē suam rabiem diuina

maiestas ne q̄tū appetit ledat. vnd̄
Augu. sup psal. Dyabolꝰ vult ple= Aug
rūqꝫ nocere et nō preualet: q2 ptās
sua sub ptāte dei est. Nam si tantuꝫ
posset nocere q̄tum vult aliquis nō
remaneret iustoꝝ. sed nos debemus
secure resistere ei. q2 q̄to ei resisti=
mus tāto ampliꝰ debilitat̄. Sunt ta
men q̄plures prius cupiētes reuer
ti in egyptum sup ol!as carnaliū af
fectionū/ et disponere se mortis eter
ne periculo in presentis vite deserto
q̄ ex modico labore ad tam sollēneꝫ
patriaꝫ festinare. hi bene de egypto
sunt/ quia carna!iū caligine inuoluti
nequaq̄ possunt quāta sunt eterne
vite gaudia intueri. Quoniam si de
fructibus apostolice doctrine gustas
sent cū Paulo sentirēt passiōes hu=
ius temporis minime condignas ad
futuram gloriam quaꝫ deus prepa=
rauit diligētibus se. ideo Ber. in li. Ber.
de meditationibꝰ/ dulcedinem fru=
ctuum cōsiderās predictorum dicit.
O aia mea si ꝯtinue oportet nos tor
menta perferre si ipsam gehennam
longo tempore tollerare/ vt xp̄m in
gloria sua videre possimus eius san
ctorum et collegio sociari nonne est
ad terrā promissionis oportuit eos
necessario ire per terras et p fines
vrbiū Seō regis amorreorū. Ad quē
missis legatis et datis promissionibus
nichil tangendi de pertinētibus ad
ipsum etiā nec guttā aque de cister=
nis suis:non valuerunt obtinere vt
tantum viam regiam graderentur.
Sed rex ille Seō parato exercitu in
uasit illos filios israel omēs eos cu=
piens capere ⁊ expoliare ⁊ occidere
Quod videntes filij israel ascende=
runt i Iasa et viriliter dimicauerūt
et obtenta victoria fugauerunt regē
et gentes eius et vrbes illas cōbus=
serūt.Spiritualiter. rex Seon signi
ficat dyabolum:quia Seon interpre
tatur elatus et ipse diabolus dicitur
rex super omnes filios superbie.filij
israel sunt fideles christi qui in ma=
ri rubro baptizati exierunt egyptū
originalis peccati. ⁊ per desertū hu
ius vite peregrinantes tendunt ad
terram promissionis celestis:transi
re oportet per huius vite presentis
multas illecebras vbi Seon.i.dya=
bolus regnat.mittimus legatos cū
promissionibus quando in baptismo
omnibus operibus Sathane abrenū
ciamus et pmittimus fide pura trā
sire sine omni eius facultate: sed ad
id pactum dyabolus stare non vult
non est eo contētus expoliare te vult
virtutibus et occidere peccato.quid
faciendum est:ascendamus in Iasa
que interpretatur mādati impletio.
Ascendamus igitur ad dei manda=
ta seruanda complendo omnia per
charitatē statim hic hostis cōflictus
et omnis eius exercitus euanescit.
vnde Cassiodorus super ps. Chari Cas.
tas est mors criminum: virtus pu=
gnantium:palma victorum:concor=
dia mentium:et societas electorum.

Quanta malignatus est inimi= B
cus in sancto.ps.73. Consi=
derantes se habere hostem pditorē
et plenum calliditate nunq̄ se debēt
adeo tutos credere quin summa dili
gentia sibi caueāt:multo plures ali
quādo proditione q̄ gladio subuer=
tūtur. Spiritualiter. Nos habemus
hostem proditorem qui videns nos
proficere in virtutibus die noctuq̄

nos impugnare non cessat. et quos non potest palam superare occulte et proditorie conatur decipere. Augu
Aug stinus in libro soliloquio. Dyabolus inquit nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem se ostēdit. et singulis quibuscūq; qualitatib⁹, locis, et temporibus scđm varias rerum mutationes varias exhibet tentationes. Nam vt tristes efficiat tristat: et ipse vt gaudētes illudat fingit se et ipse gaudere vt spirituales defraudet in angelum lucis se trāsfigurat vt fortes opprimat apparet agnus: vt mites devoret apparet lupus. et ad hec quis idoneus recognoscere? quis reuelauit speciem vestimenti eius et girum dentium eius agnouit? Hec Augu. Cauēdum est igitur ab astutiis talis hostis ne icautos nos inueniens crudeliter nos perdat. Figura. Judi. 18
Fig. vbi legimus q tribus Dan cum terram propriam nō haberent miserūt quinq; exploratores i mōte effrayin inde venerunt in lachis. et considerata inepta custodia ciuium erga ciuitatem redeuntes ad suos dixerūt: eamus ad possidendum ciuitatem optimam: vbi nichil deest de his que nascuntur in terra. non erit labor ipsam capere cum gentes disparse sint hincinde per agros nec vlla viget in ciuitate custodia. congregato itaq; exercitu venit Dan in lachis et incautam ciuitatem et sine custodia reperiens debellauit et cepit et percussit gentes eius et succēdit eam igne quo facto eam reedificauit denuo et ipsam vocauit ciuitatem Dan. et sic postmodum vocata est. Spiritualiter per Dan subaudi ipsum dyabolum qui sorte distributionis inter filios israel. id est inter angelos dei nullā habet possessionem. vnde cum beat⁹ Joh. de tribubus omnibus israel beatos nominaret. Apocal. 7. non ibi nominauit de tribu Dan. Est igitur inimicus viatorum fidelium insidiator per innumerabiles tentationes. Geñ. 49. Fiat Dan sicut colnber in via. etc. Igitur mittit quinq; exploratores in lachis que interpretatur filia leonis: quia anima humana redempta est sanguine vincentis leonis de tribu iuda. quinq; exploratores sunt quinq; sensibiles appetit⁹ per quos diabolus inuestigare nitit de anime custodia. Alio autem modo nequaq scire potest diabol⁹ huiusmodi ciuitatis intrinseca. Augu. in lib. de diffinitionibus occultar dignitatum. Internas inquit cogitationes anime diabolum non videre scimus: sed motu eas corporis ab illo: et affectionum indiciis colligi didicimus experimēto. Cum igitur iste hostis malignus animā vacātem ceperit et ciues eius scz memoriam, intelligentiam, et voluntatem per agrum voluptatū terrenarū dispersas. nec est in anima qui hos exploratores intrare vsq; ad cor phibeat per dissensum cōgregans magnum vicior exercitū accedit ad illam quā sine contradictione capiens ciuibus percussis. i. bonis operib⁹ succēdit. perdit anima nomē primū quo dicebatur filia christi et succensa igne cōcupiscētie vocat ciuitas Dan. i. diaboli vsq; in sempiternum. ergo fatuum est nō adhibere custodiam inter tales inimicos mortales. Unde Augu. in soliloquio. pessima insania nr̄a: q cum cōtinue videamus cōtra nos draconem Aug
ore aperto paratū ad deuorandū: nichilominus dormim⁹ et lasciuim⁹ in pigritiis nostris tanq securi āte eū qui nichil aliud desiderat q vt nos perdat inimic⁹ iste vt occidat semp vigilat absq; somno et vt nos custodiamus nolum⁹ nos vigilare a somno.

Ejecisti eos dum alleuarentur ps. 72. prudentes exercituum C
duces studēt in preliis inimicos preuenire et eos inuadere anteq sint in

acie ordinati. Interdum eñ anteꝙ̃
cõgregari possint sunt pauci ⁊ iner-
mes ⁊ habiles ad succumbendũ. de
bent igit tunc inuadi. optima est eñ
victoria que ꝓpriam gentez saluat.
Spũaliter. dyabolus inimicꝰ huma
ni generis cõtinue nos infestãs: cõ
tinue nobis parans insidias: ꝯtinue
circuit querẽs quẽ deuoret. ergo an
teꝙ̃ in aciem ꝯtra nos exercituz suũ
paret debemꝰ ipsum iuadere ⁊ gen
tem suam percutere anteꝙ̃ crescat.
gẽtes eñ ⁊ pugnatores dyaboli sũt
peccata q̃ congregant in aciem per
hunc modum: primo immittit malas
suggestiones. secũdo suadet malos
consensus: et tertio inducit ad mala
opera. vltimo ligat victos suos ma-
la ꝯsuetudine. ⁊ sic occidit ⁊ mactat
si ergo ipsum vis ꝓstrare ⁊ vincere
primam aciem iuade anteꝙ̃ secũda
succurrat: quia si expectas secũdam
victus es. Si primã inuadas victor
Fig. es statim liber es a dyabolo. Figu.
Exo. 22. pharao statī dimisit filios
israel cum auro ⁊ argento exire egy
ptum libere percussis primogenitis
ab homine vsq̃ ad pecus. Ipse vero
cum egyptijs remanẽtibus in luctu
et planctu. Spũaliter. per pharao-
nem subaudi dyabolum. per ꝑmoge
nita sua subaudi malas cogitatiões
quibꝰ percussis victores christi fide
les sunt. ⁊ saluo virtutũ eoꝝ exerci-
tu pergũt libere ad promissionis ter
ram. ⁊ dyabolus cũ suis i tristicia re
manet. Sed no. ꝙ debẽt interfici ab
homine vsq̃ ad pecus primogenita
dyaboli: quia suggestiones quas ad
corpus ⁊ ad animã mittit debẽt gla
dio dissensus occidi ne in aliquo mo
do ꝑ ꝯsensum in nobis crescere pos-
sint. Unde hiero. in quadã epistola.
Dum inquit paruus est hostis occi-
de illuz: vt malitia elidat in semine
⁊ sic ꝓsternet dyabolꝰ ãteꝙ̃ crescat
D Sinite paruulos venire ad me.
Mat. 19. Uidemus sensibiliter
in arboribꝰ ⁊ plantis ꝙ si ledantur in
floribus totus eius fructꝰ sequẽs le
ditur: ⁊ ratio est: q2 flos est pricipiũ
ex quo fructꝰ egredit. Spiritualit.
qđ suo modo dicit de arboribus me
taphorice notãdũ est ⁊ i hominibꝰ
Nam in homine seminãtur ⁊ plãtã
tur bone inspirationes a deo. cum in
cipimꝰ bona cogitare vel bona ⁊ san
cta monita a ꝑdicatore audire. Flo
rent eñ cum illa per volũtatez ⁊ cõ
sensum incipimꝰ amare cum delibe
ratione complẽdi ⁊ exercẽdi per opꝰ
sed si debiles sunt isti ꝯceptus ⁊ nõ
sunt firmati i arbore per ꝯsuetudinẽ
facile possunt cadere. leuis tẽtatio-
nis ventus illos potest delere. ideo
dyabolus illoꝝ cognoscẽs ĩfirmita-
tem multum ĩsidiat illis ne crescãt:
quia iam firmos sic delere nõ possz
Figu. Exo. i. vidẽs pharao populũ Fig.
israel i egypto ꝓficere timuit ne ni
mium cresceret et ideo ordiauit par
uulos suffocari in aquis. Spirituali
ter. per pharaonem subaudi dyabo-
lum q̃ populũ christi conat detinere
in peccatis. Cũ eñ aspicit virtutes
crescere in nobis conat extinguere
primos bonos cõceptꝰ vt nõ crescẽt
per opus ⁊ ꝯsuetudinez ⁊ hoc cupit
facere in aquis delitiarum mũdi in
quibꝰ sepissime moriũtur ⁊ submer-
gũtur prima bona ꝓposita. Ideo cũ
summa diligẽtia custodiẽdꝰ est ager
anime nostre ne hominũ inimicus le
dat anime nostre fructꝰ i ꝑmo flore
quibus assidue ĩsidiatur. Unde Pe-
trus rauẽnas super Math. Dyabo Pet.
lus inqt semper primordia bona pul
sat: captat rudimẽta virtutum si san
cta sunt in ipso ortu festinat extigue
re: sciens ꝙ ea subuertere funditus
non posset.
Polluerunt templum sanctum S
tuum. ps. 78. Crudelis ho-
stis deuicta ⁊ capta ciuitate ipsaz de
struit munitiõibus ne amplius apta
sit eidem resistere. ⁊ sic prostratam

eam dimittit vt non ad resistendum sed ad petiendum sit apta. fit ergo immundior qr diruptis muris ati ij bruta muralia intrantia totum deturpant. Spiritualiter dyabolus est tyrannus crudelissimus. Nā cōtra animā nostram si potest obtinere victoriā ad illam itrant omnes virtutes surripit ꝛ exterminat muros cordis. ꝛ antemuralia.i. sensus ꝛ cogitationes dirruit ꝛ ibi prauc ci⁹ tentationes morātur. Fig.4. Reg.25.
Fig vbi legimus ꝙ Nabuzardam princeps exercitus Babilonis obtenta vi hierusalem expoliauit tēplū. ꝛ illa q̄ inde abstulit dicuntur hec fuisse cādelabrū luminis. altare aureū. mēsas propositionis. coronas faciei tēpli. vasa icensi. vasa aq̄ sacrificij. vestes sacerdotales ꝛ postmodū omnē spurciciā induxit in tēplū. Spiritualiter. dyabolus vicens animam nostrā itrat templum cordis ꝛ mentis nostre. Et pmo extinguit candelabri lumen id est execat iudicium rationis. Secūdo surripit altare aureum p quod charitas notatur. Tertio mēsas panis propositionis euertit ac destruit: per quas subaudi predicatiōes verbi dei quod dicitur panis spiritualis anime. Quarto coronam faciei templi remouet quia delet de facie verecūdiā ꝛ ruborē peccandi vt anima efficiatur quasi meretrix sine fronte. Quinto destruit vasa incensi per que notātur orationes deuote. Sexto vasa aque sacrificij qr peruertit cor: ꝛ oculos ne ibi inueniri possit lachrymarum contritio per quā fit deo acceptum sacrificium nostrū. Ultimo lacerat vestem sacerdotalem scʒ innocētie pallium quod nobis christ⁹ acq̄siuit ꝛ quod accepimus in baptismo: His igitur expoliatis miser homo qui erat templum dei efficitur dyaboli prostibulum ꝛ receptaculum gentis babilonis.i. demonum infernalium. vnde

Aug Aug. in solilo. ipsi inquit obseruauerunt me. ꝛ despexerunt me videntes sine te. diuiserūt sibi vestimēta mea: quibus honoraueras me. fecerunt sibi viam per me. sub pedibus suis cōculcauerunt me fecibus peccatorūʒ polluerunt templum sanctum tuum Posuerunt me desolatum tota die merore confectum ibam post eos cecus et nudus et illaqueatus funib⁹ peccatorum trahebant me post se in circuitu de vicio in viciuʒ. de luto in lutuʒ: ibam absq̄ formidine ante faciem subsequentis. Seruus eram: seruitutem amabam cecus eram: cecitatem desiderabam. vinctus eram vincula non horrebam. Amarum dulce. ꝛ dulce amarum putabam miser hec non cognoscebam: quia sine te eram.

Abstulit domin⁹ omnes magnificos meos de medio mei. Treno.i. Tyrannus obtinens ciuitatem statim studet perdere nobiliores et potentiores et illos quos suspicatur posse sibi ciuitatem rebellare. vulgus enim dimittit sed occidit potentes. Spiritualiter. dyabolus est tyrannus crudelissimus. ideo capta anima nostra statim virtutes potentes. scilicet acta penitentie perimit. per quas percipit posse animam captam amittere. Figura. Hiere. 52. Fig. F
vbi legimus ꝙ Nabuchodonosor: postq̄ cepit Hierusalem ipsam igne succendit: ipse apprehendit Sedechiam regem ꝛ apprehendit omnes principes iuda et interfecit illos. Postmodum filios regis ante oculos patris occidit quo facto eruit oculos regis et detulit eum cecum in babilonem vbi posuit eum in carcerem vsq̄ ad diem mortis sue. Spiritualiter. per Nabuchodonosor subaudi dyabolum. Iste igitur postq̄ pugna peccatorum vicit Hierusaleʒ id est animā. Ipse occidit principes. Iudas interpretatur Confessio:

Principes enim confessionis sunt tres scz cōtritio cordis: manifestatio oris et satisfactio operis: hos igitur principes in capta et debellata aia dyabolus conat occidere. qm̄ si illi viuerent cito ciuitatē diabolo rebellarēt occidit vlterius omnes filios regis: qz oēs anime fruct⁹ ⁊ virtuosa opera extinguntur que fuerunt facta in statu gratie. Excecatur rex scz rationis lumē. et sic miser peccator de rege factus seruus excecatus ducitur in babilonē: id est i cōfusionē ⁊ ignominiā et vinculis peccatorum suorum.
Aug ligatus velut fortissimus cathenis perseuerat in manu diaboli. Unde aug. in li. cōfes. Suspirabā inquit ligat⁹ nō alieno ferro. sed mea ferrea volū tate. Uelle enim meum tenebat inimicus. et de illo michi cathenā fecerat et cōstrinxerat me. Ex volūtate fctā est libido: et ex libidine facta est consuetudo: et ex cōsuetudine facta est necessitas. Sola grā liberat hoiem.
G Nolite tangere xpos meos. ps. 104. Tanta est rabies. et nocendi auiditas aliquorū aialiū q̄ si potentia respōderet voluntati nullū remaneret animal māsuetū. Sz natura talia aialia fecit aptā ad cōteri ⁊ mactari: qz non muniuit ea virib⁹ sed prostrauit debilitate vt patet de scorpione: quia licet plenus sit veneno mortifero nichilominus facile occiditur. patet hoc etiaz de quibusdā breuibus serpentibus quorum morsus simul cum morte est. Spūaliter. tanta est auiditas nocēdi demonum infernalium q̄ nisi maiestas diuina eos pstrasset ⁊ illis vires accepisset nocendi vix vnus iustus remaneret in mūdo. Sed cohibet eorum volūtas
Aug ne qd̄ cupiunt cōpleant. Aug. super psal. Diabol⁹ plerūqz vult nocere ⁊ nō pōt: qz potestas sua sub potestate dei est. Nam si posset tm̄ nocere diabolus q̄tū vellet aliquis iustorū nō
Fig. remaneret. Figu. Geñ. 33. Cū iacob rediret de mesopotamia cū familia ⁊ armentis multis cōtigit ipsum habere obuiam Esau fratrem suū qui ei multuz indignabat ppter būdictionem quaz sibi surripuerat. veniebat ergo Esau multū irat⁹ aduersus fratrem suū Jacob cū exercitu magno. Sed phibitus est a deo ne illi faceret quicq̄ mali. Spiritualit. Jacob interp̄tatur supplantator et denotat virum iustum qui supplantat dyabolum precipue quia illi surripuit benedictionem et primogenitura. Naz licet diabolus creatus esset primo genitus respectu hominis vt obtineret benedictionem celestis hereditatis tamen quia inde per superbiam cecidit. et homo per humilitatez ascēdit priuatus est illa gloria et homo ditatus est in ea. ex hoc enim diabol⁹ multa vallatus inuidia cōgregato viciorum exercitu vadit obuiaz iusto quādo per viaz p̄sentis vite peregrinat ad patriā plenus virtutib⁹ et bonis operibus vt ipm̄ spoliet ⁊ occidat: sz prohibet diuinū subsidium ne nobis plus inferat q̄ id qd̄ portare possumus in suis tētationibus vt illud sit nobis ad meritūz. Uñ Aug. sup ps.
Si tm̄ inquit admittitur tētare dyabolus q̄tū tibi pdest vt exercearis probaris enim. vt qd̄ nesciebas a teipso inuenieris. Aug
Percussisti caput de domo impij. Abac. 3. Cupiens de hostibus feliciter triumphare primum videt de interemptione capitis seu ducis. Nam eo mortuo totus exercitus euanescit. Spiritualiter. xps venit in hunc mundum redempturus humanum genus de manu hostiū infernalium. Ideo primo considerauit interitum ducis eorum. i. pricipis tenebrarum. i. dyaboli. Nā pstrato illo oēs salui facti sumus: et de manu iferni liberati. Fig. 1. Reg. 17. vbi legimus golyaz spuriū obsedisse hierusalē cū exercitu philistinorum. ibat certator H

Ille omni die circuēdo muros ciuita
tis exprobrans et increpans suā for
titudinē eo ꝙ nō esset qui cū illo vel
let descēdere ad singulare certamē
tandē Esay qui in monte habitabat
cōpassus tribus filijs suis qui obses
si erāt in hierusalē misit filium suū
paruulū obsessos fratres visitare q
descendens ciuitatē intrauit et refe
ctis fratrib⁹ refectione quam de mō
te portauerat vidit Goliā exprobran
tem more solito: et vociferantē filios
israel turbatus ait. Quis est ille in=
circuncisus qui audet maledicere po
pulo dei: et si nō est qui pugnet con
tra illum ibo ego et ꝯterā. et increpa
bant eum fratres sui dicētes. Noui=
mus superbiam tuā ⁊ presumptionē
tuam declinauit paulisper ab eis ite
rans pristina verba. que cū rex isra/
el audiret vocato eo dixit ei. nō potes
pugnare cum illo cū puer sis. Qui
ait: Occidi leonē et vrsū cum vellēt
oues patris mei quas custodiebā ra
pere et voluit ipsū Saul armare ar
mis suis qui ait nō possū sic incede
re. Et ꝓiectis armis illis accepit q̄n
q̄ lapides limpidissimos de torrēte
et accedēs ad ꝓlium vilipens⁹ est a
philisteo: sꝫ accepto lapide ⁊ voluēs
fundā percussit philisteū in fronte ⁊
prostratū in terram decapitauit gla=
dio illius cū nullū haberet gladium
et sic liberata est ciuitas obsessa. et
exterminat⁹ ē philistinorum exercitus
mortuo eoꝝ duce. Spiritualiter ꝑ ci
uitatem obsessam subaudi naturam
humanā quā diabolus sola inuidia
sic prostrauerat ipsamq̄ bonis gra
tuitis mediāte peccato priuauerat.
vnde Aug. in quodā trac. hostis hu
mani generis dyabolus caput scele/
rum. princeps viciorū: suasor mala
rum cogitationum inuentor mortis
Intuitus est videre hoīem de terra
pariter et ad ymaginem dei creatū
innocentia vestitum. temperātia cō
positum: charitate ornatum. se autē
cum esset angelus oībus his priua/
tū statim inuidere cepit insatiabilis
homicida ⁊ nos nostrosq̄ parentes
his talibus ⁊ tantis bonis spoliauit
pariter et peremit. Sic iste paradisi
apostata spiritus immūd⁹ humanā
naturam obsessam detinens irride/
bat et exprobrabat querens quis ex
hominibus auderet descēdere ad se
liberandū de suis carceribus: scie/
bat enī nulla naturali cognitione ꝓ
uatus se naturam humanā expolias
se gratie vestimento. Ex quo sciebat
homines se iuuare nō posse: quia q̄
facit peccatū seruus est peccati. No
uerat tñ deum potentissimum et de
sue voluntatis arbitrio homīs mor/
bo posse adhibere remediū. sꝫ diē ex
pertus iusticie presciebat hec nō pos
se fieri nisi adesset iustus qui dānū
solueret fraudis facte. Igitur dyabo
lus ex his premissis concludebat af
firmans ꝙ neq̄ deus qui pati nō po
terat neq̄ homo qui erat impotens
satisfacere. sed incuruat⁹ mente nō
aduertebat ꝙ ex homine q̄ pati pōt
et ex deo qui est potens fieret vnus
Ideo mirabatur cū sacra scriptura
illi de xp̄o promisso minabatur quin
immo sanctos in limbo q̄ꝫ plurimū
deridebat et sic super flumina baby
lonis eductos interrogabat verba cā
tionum. vbi sunt dij vestri in quibus
habetis fiduciā. ⁊c̄. Sꝫ Isay de mō
te: id est pater de celo sciens tres fi=
lios suos obsessos misit filiū suū. ⁊c̄.
Subaudi per tres filios tres aīe vir
tutes scꝫ memoriam: intelligentiam
et volūtatē. In his enī cōsistit yma
go trinitatis. Uenit enī paruul⁹ dei
fili⁹ q̄ seipsum exinaniuit et refecit
ꝓmo fratres suos scilicet iudeos refe
ctione celestis doctrine. ⁊ cum ipse se
diceret expugnatorē ꝓ humano ge
nere increpabāt eum dicentes. Iste
blasphemat: et volebāt eum lapida/
re. Tandē ipse affirmans deiecisse
leonem et vrsum de celis volētes ra

pere oues patris.i.angelos paradi=
si et miraculis cōfirmando se filium
dei esse voluerūt ipm munire armis
regijs qñ videlz voluerūt ipsū regē
facere et abscondit se. nō possū inqt
cū talibus armis accedere ad bellū
nō est inquit regnū meū de hoc mū
do.et collegit tunc quinqz lapides for
tissimos.s.incarnationem:passionez
resurrectionem:ascēsionē.et spūssā
cti missionē. Et sic incedēs mortalis
simul decepit Goliā Et lapide illū p
strauit illum percutiens. Et crucem
quā ipse dyabolus iuda et iudeis me
diantibus preparauit etiā interfecit
et sic liberata est hūana natura et ex
terminatus est demonū exercit⁹ p=
strato ac debellato ac decepto diabo
lo per xpm quem diabolus execatus
nō deū.sed purum hoiem esse crede
bat. Jdeo secū in socio ac pfido pdi
tore. I o assumpto discipulo se ad pu
gnā cōtra xpm ingessit a quo digne
expugnatus est. vnde Leo papa i q
Leo dam sermone describens diaboli ce=
citatē et eiusdē proditoris societatē
ait. Nec ipse diabolus intellexit qꝫ se
saeuiendo in xpm suū destrueret princi
patum q̄ antiqua fraudis iura non p
deret si se a dñi sanguine contineret
Sed malitia nocendi auidus audax
duz in dñm irruit:ruit dum capit ca
ptus est et dū persequit mortalē in=
cidit in saluatorē. Jnuenit sane cū
illo molimie prudēs audacie dignū
cooperatorē dignūqz cōsortem cuz
impi⁹ iudas maluit magister eē dia
boli qꝫ xpi apostolus quem nō timo
re perturbationis deseruit:sed pecu
nie cupiditate distraxit.hec Leo

3 Erectus est inimicus.rc. Tre
no.i. Tyrānus possidens iniu
ste aliquam ciuitatē semp timet il=
lam perdere. Jdeo cū aliqñ fieri p
cipit tractatum a ciuibus stati illos
quos suspicatur sibi tollere ciuitatē
exterminat et perdit. Spiritualiter
diabolus tyrannice possidet animā
peccatoris:qr nō est sua possessio:sz
templū xpi. Jdeo quādo videt sctās
inspirationes et dei verbi predicati
ones audire libenter in aia statiz ex
terminat pricipales virtutes anime
quas suspicatur sibi posse animā sur
ripere et dare xpo. vnde memoriā ele
uat de recordatione passionis chri=
sti et eam dispergit ad cōmemoran=
das huius vite vanitates. Jntellīgē
tiam remouet a supernorū contēpla
tione et inducit ad intuendū mundi
superbiam. voluntatem vero ab amo
re dei et pximi phibet et ipsā ad cō
cupiscentiam cupiditatis accēdit et
sic exterminatis anime viribus non ti
met diuinas inspirationes sibi posse
surripere illā. Fi Exo.v. Cū Moy Fig.
ses primo incepit inducere populuz
ad exitū egypti. Pharao populum p
egyptū dispsit ad colligēdū lutū et
paleas. Spiritualiter p Pharaonez
notat diabolus vt sepe dictū est per
Moyses subaudi pdicatorē populū
xpianū inducentē ad exitū peccati.
Diabolus igit hoc sentiens dispgit
illum per memoriā vanorum.per cō
tēplationē pōparū: et per amorē di
uitiarum:et per hui⁹ mundi tenebras
Greg.i.mora. Antiquus hostis ex p
prio certamine dū se succūbere cōsi Gre
derat ad alia tētationū bella restau
rat. Jntuetur humani generis viuis
cuiusqz mores cui vicio sint ppinq
et illa ponit ante faciē ad que facili⁹
nouit inclinare mentem
Insidiat vt rapiat.ps.9. Jnter K
omnia que a prudente duce sūt
attendenda in bello sunt cauende sū
mopere insidie inimicorum quia tūc
pauca gens et inermis magnam et
fortem gentē incautā viceret. Jdeo
cōsueuit superordinari aliquis cau=
tus qui habet p exploratores inimi
corum vias inuestigare Spūaliter
nos sumus in cōtinua pugna cōtra
diabolum et peccata et vbi non valz
nos aperte superare ipse nobis insi

diatur occulte vt draco. Ideo semper debet esse in nobis lumen verbi dei a quo discamus et cognoscamus insidias et occultas eius tentationes.
Fig. Figu.4. Reg.6. rex syrie posuit insidias iuxta torrentem iordanis filijs israel. sed helyseus ,pphetã hec regi idicans pplm liberauit. Spũali?. syria iterpretatur humeta quasi lubrica. Rex igr̃ syrie est dyabolus q̃ loca ihabitat humeta et tu[r]pia ibidẽ latens ad decapulam fidelium. Job 40. Sub vmbra dormit i secreto calami i locis humentibus. Iste igitur occulte filijs israel. i. populo xp̃iano ponit isidias Job.18. Abscondita est in terra pedica eius et decipula eius super semitam. Expone per terram vitam actiuam. per semitam vero cõtemplatiuam circa quam dyabolus ardentius studia deceptõnis ponit. Ideo bene dr̃ q̃ iuxta torrentem iordanis rex syrias suas ponit insidias Jordanis em̃ est fluuius electus ibidem steterunt pedes sacerdotum: qr vita contemplatiua electorum vita est et pars perfectorum qr per ipsam transierunt apostoli et sancti Illi igr̃ vite dyabolus magis q̃ actiue isidiatur: q̃ non contentatur habere communes nisi conetur electos subripere. Job.40. Ecce absorbebit fluuiũ et non mirabitur et habet fiduciam vt iordanis isluat i os eius Debem⁹ semper diuinum verbum libenter audire per qd̃ dñs nobis denudabit in
Aug sidias vt sciamus resistere. vñ Aug in soli. Uenit tentator tenebrosus vt est, et vt eũ despicerem tu me cõfortasti venit tentator fortis et vt me nõ vinceret tu eum refrenasti et me roborasti. venit transfiguratus in ãgelum lucis vt me deciperet et tu eũ increpasti: et vt ipsum agnoscerem illuminasti me.

L Uade retro sathana. Mat.4. Non possunt gentes diuersorum morum et contrariorum diu sil habitare sine lite quia qd̃ placet vni displicet alteri. Spiritualiter fidelis anima et christi seruitio dedicata et dyabolus multum inter se sunt opposita et ipsorũ actus multũ distant ab inuicem quia anima charitatem diligit et dyabolus eam summe odit et sic est de omnibus operibus. Igr̃ nũ q̃ esset i pace anima cũ dyabolo habitando. Debet igitur q̃celerius deserere: et se inq̃tum potest ab eo elõgare si vult in pace quiescere. Figu. Fig.
Genes.13. vbi legim⁹ q̃ ascendente Abraam de egypto ibat post illũ et Loth: Erat em̃ Abraam diues auro et argento. Loth vero bestiarũ armentis. Igitur facta est magna contentio inter pastores Abraam et pastores Loth. quod videns Abraam dixit ipsi Loth. Obsecro ne sit iurgium inter me et te. ecce terra in cõspectu tuo: vade quo vis quoniam non possumus simul habitare. Si tu ibis ad dexteram ego ad sinistram pergã Si tu ad sinistram. et ego pergã ad dexteram. Quod audiẽs Loth per rexit ad terram illorum pessimorum scilicet sodomorum. Abraam autem venit in chanaã. Spirituali? Abraam cui facta fuit repromissio de christo significat fidelem qui coheres christi ordinatus est. Igitur hunc fugientem de egypto peccati persequitur Loth id est dyabolus. hẽt Abraam aurũ et argentũ. quia itus i aĩa spirituales habet ꝟtutes. s. fidẽ spẽ et charitatẽ. et habet corporales ꝟtutes p exteriora misericordie opera. Dyabolus vero habet brutorũ desideriorũ armentum qui vult ipsum pascere in agro. abraam quod pastores Abraam id est conscientie clamores non possunt sustinere. ideo dicit iustus cum magistro suo christo ipsi dyabolo. vade retro sathana nõ possumus sil habitare. qm̃ volo bñ facere tu ꝟo mala suggerere. si tu ibis ad dextrã. i. si tu me tẽtabis d mũdi

prosperitatibus. ego pergam ad cō=
templandam sinistram gehēne infer
ni que preparatur seruientibus tibi
atq̄ obtēperantibus. Si aūt tu ibis
ad sinistram .i. tentando me per ad/
uersa vt fecisti beato Job cui sinistra
⁊ aduersa plurima dedisti. ego ad cō
templationē dextere celestis glorie ꝑ
gam quam deus repromisit his qui
persecutionem et penā sustinent ob
eius amorem in vita p̄nti. hec audi/
ens victus fugit et vadit ad terram
pessimoꝝ .i. demonū nequiens am
plius debellare iustum vel vincere i
illo peccato in quo debellatus est vn
Ori. de. Orige. super Jesu naue. puto in=
quit ꝙ sancti quiq̄ repugnantes ad
uersus tentatores peccatorum spiri
tus et vincentes eos atq̄ vnūquēq̄
eoꝝ superantes imminuat excerci
tum demonū. et velut equos pluri
mos eorum interimāt. verbi grā.
vt is qui caste pudiceq̄ viuēdo for
nicationis spiritū superat nō vltra
phas sit illum spm̄ qui ab illo sctō
victus est iterum alium hominem i
pugnare

M Auerte oculos meos ne videāt
vanitatem. ps̄. 118. Nota ꝙ
equitantib⁹ per viam magnarū ru
pium periculum magnum iminet si
equus sit luscus oculo illo q̄ est ver
sus altitudinem q꞉ putans ponere
pedē in firmo interdum potest pōe
re in vacuo et se et militē precipita
re. Nō. n. tale periculū esset si alter
oculus cecus esset qui est versus ter
ram planā: q꞉ cadens nō posset le=
di multum. Spiritualiter nos sum⁹
cuiusdā periculosi itiens viatores
s. vite presentis et est maxia altitu
do ex vna parte: quia a celo vsq̄ ad
infernum. Jō q̄ cadit casu illo non
pōt amplius subleuari. Job. 16. Se
mitas per quas non reuertar ābu=
lo ex alia parte pōt homo cadere ⁊
surgere. ideo necesse ē habere ocu=
lum apertum versus istam altitudi
nem. sed nota ꝙ habem⁹ duos ocu
los. s. dextrū ⁊ sinistrū sed oculū scʒ
mentis et cordis debemus semper
habere versus altitudinē celestē vt
videam⁹ ne pedes affectionū ⁊ ope
rationū nostraꝝ ponamus in deuio
quia si perdito celo descendim⁹ ad
infernum nulla est amplius ibi re
demptio. oculus vero sinister. s. cor
poralis nobis datus est ad excercē
da opera vite humane. in quibus o
peribus si aliq̄n cadimus per pau
pertatem per tribulationē non peri
clitatur anima. Jdeo solū est peri=
culū de oculo dextro ne ille excece
tur Jō dyabol⁹ cognoscēs tātū pe
riculū anime consistere in oculo mē
tis omni studio illum oculum exce=
care satagit. iō debem⁹ semper cuʒ
propheta clamare. Auerte oculos
meos. ⁊c. Figura. 1. Re. 11. vbi legi Fig.
mus ꝙ quidam prauus tyrann⁹ no
mine Naas infestabat nimiū viros
Jabes nec aliquo modo requiē seu
paceʒ spopōdit illis nisi sub hoc pa
cto ꝙ erueret oculuʒ dextrū omniū
Spiritualiter Naas interpretatur
coluber et bene denotat dyabolū. ē
eñ coluber serpens diuersoꝝ colo
rum. sed q̄t habet colores tot habʒ
venena: Sic dyabolus est plenus
diuersarum tentationū quaruʒ que
libet mortale continet virus. Hic er
go infestat viros Jabes. Subaudi
ꝑ Jabes qui iterpretatur calor seu
siccitas viros charitate plenos qui
desiccati sunt ab humore carnalis
concupiscentie. Hos igitur diabol⁹
non cessat molestare vt eorū ciuita
tes. i. eorū animas surripiat ⁊ hoc
est qđ dn̄s in euāgelio de ipso dya=
bolo dicit: Querit inq̄t ꝑ loca iaq̄
sa vbi requiē siue māsionē sibi acq̄
rat. Nitit̄ ḡ eruere oculū cordis et
rōnis lumē extinguere quo sctō ai
ma ceca remanēs non videt vbi po
nat cordis effectum Jō cōcupiscēs
vana precipitatur ad illa nec inde

surgere potest. Gre. li. moralium per tractans illud Job. 13. Pepigi fedus cum oculis meis. preceps inquit aia dum ante non prouidet ne incaute videat quod concupiscat ceca postea incipit desiderare quod vidit sanctus vir vt cogitationes caste desiderare potuisset fedus cum oculis suis pepigit ne prius incaute respiceret qd postmodum inuitus amaret.

N Dixit inimicus persequar et comprehendam. Exo. 15. No. Cattus non pugnat nec percutit murez captū iuxta se existentē. imo cum ipso ludit modicū tangēs eum. sed fugientem insequitur vulnerās ipsum vngulis dētibusqz Spiritualiter dyabolus non affligit captum pctōrem quē iuxta se habet vngulis tentationum suarum. ludit enim secum monens eum ad peccata vt inde solatium faciat. sed volentem via penitentie fugere ad xpm cum omni tentationum genere illum insequitur Ideo Eccl. secundo. Fili accedens ad seruitutem dei prepara animā tuam ad tentationem. Fig. Genes. 31. Dum Jacob esset apud Laban non est ab eo percussus lz multipliciter delus9 sed fugientem ab eo persecutus est Laban ipsum Jacob cum seruis munitis et armatis. vt vi reduceret expoliatum ad seruitutē eius. scz Laban. deus tamen illum prohibuit. Spiritualiter per Labau qui multipliciter delusit Jacob subaudi dyabolum qui licet derideat peccatorez nichilominus non percutit ipsum in statu peccati. sed fugientem per penitentiam ipsū persequitur toto posse. Greg: 24. moralium hostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit tanto amplius expugnare contendit. Eos em̄ expugnare negligit q̄s quieto iure se possidere sentit.

De diuitijs

A Operuerunt superficiē eius spine. Prouerbi. 24. Nota q͛ arbores domestice male fructiferant inter spinas. ratio est qz per magnitudinē siccitatis earum sugunt circunquaqz humorē terre Iterum propter extensionē radicum earum reddunt terram nimis conglutinatā vt cultiuari cōmode nō possit nec partes terre possunt bene abinuicem separari: Ideo arbores propter humoris inopiam beneficio culture priuate steriles ibi remanent et infecūde Spiritualiter secundum Christi sententiam spine significant diuitias seculi hui9 inter quas viri spirituales et deo deuoti steriles remanent et absqz bonorum operum fructibus. Et ratio est quia sicut spine vt dictū est sugunt humorem terre et ipsam reddunt aridam ita diuitie exhauriunt amorem cordis vt nichil possit amari preter illas a possidentib9 eas et reddunt cor lapideum et durum ad suspiciendum semē v͞bi dei ₇ ad oē bonum opus. et sic qui inter illas cor suum p̄ affectum plantabit sterilis remanebit. Ideo a sanctis viris sunt huiusmodi spine penitus fugiende. Figura Judi. 9. vbi quedā metaphora legitur q͛ ligna silua um re quisierūt in regem oliuam ficū et vitem que noluerunt sed hmōi regnū penitus renuerunt. Dixit oliua nolo deserere oleum meū quo vtuntur deus et homines. ficus aūt nolo deserere dulcedinem meam vitis dixit etiam nolo deserere suauitatem meā s. vini mei quod letificat deum et homines. Spiritualiter p̄ siluestra ligna subaudi diuitias q̄ continue alliciunt viros spirituales vt relinquētes statū salutis imperent illis Sed aiaduerte qz fraudulenter dicunt impera nobis qz hō nō est eaꝝ imperator. sz ipē iperāt potius homini et in pessimam inducunt seruitutē Rabanus super Math. O opes maligne

f

super bonis animis detestāde quid illeius quid incōcussum diuitiitis? vos genus humanum confudistis. vos discipulum comitem christi ab apostolatu pcipitastis. vos milites custodientes sepulchrū captiuastis. nūquid non bñ dictum est ꝙ pecunie obediunt omnia? Imperatrix est igr̄ pecunia hominū non homo pecunie. Debet igitur renuere vir dei hanc seruitutem molestam et dicere ego sicut oliua fructifera non possū nec volo pinguedinem humilitatis mee relinquere qua vngitur deus iratus et mitescit in illa ⁊ efficitur pater benignus. Et homines. hac humilitatis pinguedine vncti exaltātur coram deo. Iterum debet dicere cum ficu. ego arbor bona dulces fructus charitatis producens quomodo inter diuitiarum spinas pungentes per cupiditatem et auaritiā seruare possem hanc meam dulcedinem. Nam radix est omnium bonorum charitas. et radix omnium malorum cupiditas. et ambe simul esse non possunt. Respondeat cum vite. Ecce anima mea spōsa christi sicut vitis abundans in domo eius et p considerationem vite future dicas quomodo carere posset contemplatione eterne glorie que inebriat contēplantes et eos reddit insensibiles vite presentis. sic igitur illarum imperium contēnentes liberius vacabimus desiderio eterne glorie cu omnes mundi tam diuitie ꝙ delitie cōparate pondus et pena sunt. vnde

Ber. Ber. in quadam epistola. Illud est verum et solum gaudium quod non de creatura sed de creatore percipitur. ⁊ quod cu possederis nemo tollet a te et cui comparata ois aliūde iocūditas meror est. omis suauitas dolor est: omne dulce amar est: omē decorū fedum est: omne postremum quodcūq aliud delectare poscit molestum est.

Veni in altitudinem maris. ps 68. Debens transire nauigio mare magnum duo debet attendere. s. ꝙ scd̄m artem nauticam nauim gubernet acu ⁊ calamita quia aliter portū inuenire nesciret ad que tendit. eo ꝙ aliquando diu statur in mari et terra nequaꝙ videtur. Aliud est ꝙ nauis non grauetur nimio pondere. Semper enim est preponēda personarum salus diuitijs et mercibus. Spiritualiter. nos habemus transire mare magnum presentis vite nimis tempestuosum. vbi sunt fluctus eleuantes homines per prospera vsq ad celum et deprimentes per aduersa vsq ad abyssum. Ideo hec duo sunt nobis necessaria: primo debemus cordis nostri affectionem tangere petra. i. christo pro nobis passo ac mortuo ac nostro remuneratore et ipse statim diriget nauim anime nostre versus celum vbi est portus pacis et quietis. secundo nō debet anima nostra onerari nimiū: est enim anima nostra nimium onerata et submersionis periculo exposita. cum per affectum nimis adheret diuitijs. Ideo preponenda est salus anime omni diuitiarum multitudini. cum igitur sentimus nauim nostram his interdum grauari debemus illas dispergendo dare pauperibus et nauim nostram exonerare. Figura Jone. i. vbi legimus ꝙ inualescentibus fluctibus erga nauim postquam omni arte nautica naute vsi sunt p iecerunt merces. demum Jonam immiserunt in mari et facta est tranquillitas magna. Spiritualiter per nauim subaudi animam nostram que dum nimis oneratur diuitijs alleuianda est per elemosynaꝝ largitionem et affectus cordis inde remouendus est. et ponendus ad considerationem amaritudinis passionis christi: et statim erit nobis via presentis vite tranquilla. Sed debe=

mus inuocare nomen domini dei nostri sicut suadebant naute Jonam facere vt nos de illo tam metuendo mari educens ostēdat portum vbi eū possumus videre. Unde Augu-
Aug stinus in li. solilo. videns se in hoc furibundo mari ac grauibus periculis pleno auxilium christi pauidus inuocat dicens. Infelices inquam nos miseri per huius magni maris fluctus procellasq; voragines nauim trahentes. et ignoramus an ad portum valeamus peruenire salutis In felices inq; quorum est vita in exilio. via in periculo et finis in dubio. qz omnia in futurū reseruantur incerta. et subdit causam. O patria nostra secura a longe te videmus. ab hoc mari te salutamus. ab hac valle te suspiramus et nitimur cum lachrymis si quo modo ad te perueniamus. Et iterum subdit. O spes generis humani christe deus de deo refugium nostrum et virtus. cui⁹ lumen a longe inter caliginosas tenebras et nebulas ac maris procellas quasi stellarū mittis radios: oculos nostros irradia vt dirigamur ad portum. guberna nauim nostrā tua dextera. Trahe nos ab isto pelago ad te solamen nostrū: quē a longe quasi stellā matutinā vix lachrymātib⁹ oculis in littore celestis patrie nos expectantem videmus.

C Non me demergat tempestas aque. ps. 68. Tempore maximi estus dz hō cauere a nimio potu aq̄ et precipue cū magnum habet sustinere laborem. ideo debentes pugnare sibi cauent ne nimium simul bibant. tutius est enim modicum sepius simul bibere q̄ nimium in vna vice. Spiritualiter Cum calor. i. affect⁹ diuitiarū humanum cor vrget. q̄n s. nimiū per desiderium diuitias sitit tunc si nimiū bibit multū aggrauat et semper amplius sitit qz qui biberit ex hac aqua sitiet iterū. Jo. 4. Jō Cri so. super Mat. appositio diuitiarum maiorem accēdit flāmam. et vehementior fit cupido. Extinguitur. n. hmōi incendiū si hō diuitijs vtatur ad necessitatem et nō ad superfluitatem qz natura modicis contēta ē voluptas vero immensum requirit. Igitur cum simus pugnatores non grauemur diuitiarum nimio apetitu qz sic non possemus obtinere victoriam. Tollit. n. horum grauitas facultatem pugnādi. Fi. Jud. 7. Cuz Gedeō accederet ad preliū populuz duxit ad aquam et precepit omnibus vt biberēt quorū aliqui genibus flexis incuruabant se vt biberēt vers⁹ aquam. Alij aūt accepta aq̄ manu lambebāt ipsam et hi fuerūt tm̄. ccc. Igitur ex precepto dn̄i gedeō dimisit populi multitudinē incuruatam tanq̄ gentē ineptā ad prelium et assumpsit. ccc. illos qui manu lambuerant aquam. Spiritualiter. in nulla re est hominum certior probatio q̄ī diuitijs huius mūdi. et in illis optime possunt cognosci q̄ sunt boni milites siue ministri. Jē. qui in illis vtūtur mensura et modo tales sunt apti vincere omnē dyaboli insultū. q̄ vero incurnāt se et flectunt genua pecuniā adorātes vt deū tales submergūtur cupiditate et succūbūt i qualibet q̄uis minima tētatione. Nā sicut que dei sunt: que dei sunt faciūt. ita qui peccunie ad nutū obedit de pecunia fecit deū cui necesse est vt in omnibus sit obediens. Orige. super li. Judi. ome. 2. Unusquisq; inq̄t qđ pre ceteris colit quod super oīa imitatur et diligit hoc ei deus est. si q̄d est qđ in dilectionis lance prepōderat hoc tibi deus est

Cris

Fig.

Ori.

D Cum interierit nō sumet omia 48. Dicunt medici q̄ habens stomachum frigidū multū appetit et modicū digerit iō si iterdū nimis sumit illđ cū āgustia euomit. Spiritu. cor hn̄s affectum ad diuitias. frigi-

dam habet digestiuā ad bene facien
dum pauperibus. Nam sicut cibus
indigestus non diffunditur ꝑ mem=
bra: sic cupidi pecunia non dispergi
tur ꝑ pauperes qui dicuntur mem=
bra xpi. Sed nec etiā sibi prosunt: si
cut nec cibus in stomacho frigido qꝛ
Señ dispont ad ydropsim. Señ. auarus
nulli est bonus sibi autem est pessi=
mus Non comedet ergo que congre
gauit sibi quia morte irruēte deuo=
Fig. rabunt alieni laborem suum. Figu.
dan. 14. vbi legitur ꝙ cum rex baby
lonis fecisset apponi coram ydolo ba
al multa et diuersa cibaria et asporꝛ=
tata et deuorata ꝑ ministros ydoli
et illorum familiam putabat rex ydo
lum comedisse. Sed daniel cogno=
scens regem deceptum seminauit ci
neres in atrio ydoli. et mane facto
vna cum rege vadens viderunt om
nia prius apposita consumpta et cla
mauit rex magnus est deus baal qui
tanta comedit. Sed daniel tenens
regem ait. aiaduerte rex cuius vesti
gia hec sunt. et ondit sibi in pauimē
to sup cineres formas pedum viro=
rum / ac mulierum / ac puerorum / ac
senum ⁊ cognouit rex sacerdotū fal
latiā et iussit eos oēs interfici ⁊ ydo
lum baal destruendū tradidit danie
li. Spiritualiter baal interpretatur
vētus ⁊ significat humanū corpus
Job vēt⁹ ē vita mea Ille ergo miser
hō congregat multa bona in annos
plurimos deuoranda. sed fallitur qꝛ
vt dictū est irruente morte fimbūda
relinquet alienis suas diuitias. vis
aperte cognoscere quod dꝛ aiaduer=
te sup cieres. i. sup cimiteria foueas
et sepl'turas et considera quorū vel
quarum vestigia ibi sunt. et videbis
ymagines potētum diuitum et sapi=
ētuꝫ multum regū baronū magnoꝝ
et puerorum quemadmodū illic con
gregata deuorauerint Ita et tu di=
ues deuorabis q̄ congregasti in ma
lum anime tue. Si ergo sic super hu
iusmōi cineres aspexeris trades ydo
lum. i. corpus tuū conterēdū et mor=
tificandum rationis iudicio ⁊ vētrē
tuum nō coles vt deū sup hos cine=
res: quidā philosoph⁹ speculabaꝛ ve
stigia iam dicta ꝗ voluit videre cuius
dā impatoris cadauer in tumulo. vt
ponit Augu. di. Intuitus sum cada=
uer Cesaris imperatoris in sepul= Aug
chro et vidi eum liuido colore orna=
tum putredine circundatum alueuꝫ
eius diruptū et ꝟmiū cateruas ꝑ il
lud trāseūtiū discurrebāt ꝑ illō ascē
dētes ad os. et duo famelici pascebā
tur in foueis oculorū. crines non ad
he ebāt capiti. dentes patebant la=
bijs consumptis ⁊ releuatuꝫ erat na
rium fundamētū. ⁊ dixi Ubi est nūc
Cesar chorus puellarum ⁊ magnitu
do diuitiarum ⁊ multitudo deliciarū ⁊
caterua baronum ⁊ acies militū ⁊ Ubi
sunt canes venantes equi veloces ⁊
aues rapaces ⁊ thalamus depictus ⁊
lectus eburneus ⁊ aureatum atriuꝫ ⁊
Ubi sunt mutatoria diuersa ⁊ varia ci
baria ⁊ cantica lire ⁊ sonus organi ⁊
Odor aromaticus ⁊ te verebantur ho
mines ⁊ timebant principes ⁊ colebāt
orbes. quo iuit tanta potentia et tam
preclara magnificentia. et respōdit
michi. hec omnis defecerunt michi
qn̄ defecit in me spūs meus et reliq̄
runt me miserum captiuatū in hoc
sepulchro circumuolutum putredine
carnis mee

COmede quod sufficit Prouerb̄ C
25. fatuuꝫ est magnam facere
puisionē ꝑ victu hn̄tibus facere it
breue et precipue tendentib⁹ ad lo=
cum vbi oia reperiuntur abūde Spi
ritualiter. Nos habem⁹ facere iter
breuissimum. scꝫ vite presentis quod
paucis diebus finiendum est. Job.
Breues dies hominis sunt. Non est
ergo facienda magna prouisio neqꝫ
superflua acquisitio rerū temporali
um. et precipue cū illa nobis nō ad
ꝑfectū sꝫ ad dtrimētū forēt nisi ei illa

relinquam⁹ per substractionē volū= tatis et affectus christi gloriā nō po terimus obtinere deo dicente Luc. 14. Nisi quis renūciauerit oībus q̄ possidet nō potest meus esse discipu= lus. Renūciemus ergo diuitijs p̄ af fectum: et firmem⁹ cor et mētē nr̄az in christo. ⁊ sic p̄uenim⁹ ad p̄missā gloriā. Fig. exo. 15. Filij israel exeun tes de egypto nō receperūt māna p̄ desertū ambulātes nisi qn̄ fuit ꝯsum pta farina quā secum portauerāt de egypto. ꝯsumpta ꝟo venerāt i helim 30. die. et ibi fixerāt tabernacula siue māsiones vt dicit magister. et ibi re ceperūt manna. Spūaliter. filij xp̄i exeūtes de pctō et veniētes ad xp̄m per viā huius vite deserti peregria ri nō debēt de faria egypti. i. de diui tijs vite p̄sentis magnā gerere volū tatem aut sollicitudinē eo ꝙ via bre uis sit vt dictū est. vn̄ Sen̄. in lib. de morib⁹. q̄d inq̄t absurdius vt dici so let ꝙ quomin⁹ restat vie eo pl⁹ via= tici q̄rere et via deficiēte viaticū au gere. Nec debent curare fideles de corruptibili substātia qn̄ expectāt in breui accipere eternā beatitudinē. Sed venire debēt in helym q̄ iterp̄ tatur de⁹ meus: hoc est xp̄s. In ipso igit̄ figam⁹ māsiones nostras. s. cor dis ⁊ mētis. Et recipiem⁹ māna dul cedinis celestis. et hoc post. 30. dies. s. tridenas: q̄r relictis operib⁹ mortuis et ociosis sermōib⁹ et prauis inten= tionib⁹ dispositi erimus ad sup̄na q̄ nō secū patiūt̄ caduca et vana. Ber. in ser. 77. p̄occupatū q̄ppe secula= rib⁹ desiderijs aīm delectatio sācta declinat. nec misceri poterāt vana ve ris et̄na caducis: spūalia corporali= bus: summa ymis: vt parit̄ sapias q̄ sursum sunt: et q̄ sunt super terram.

Fig. — Sen̄ — Ber.

Funes peccatorū circumplexi sunt me. p̄s. 118. Interdū fit no dus adeo fortis ꝙ potius frangūtur funes ꝙ solui possit nod⁹. Spūalit̄. aliqn̄ adeo fortiter inodat̄ anima cū diuitijs tēporalib⁹ per affectū ꝙ po tius aīa ipsa frāgit̄ a corpore p̄ mor tem ⁊ ab eodē separat̄ ꝙ possit a di uitiarū affectiōib⁹ solui. et hec ratio est quia trib⁹ funib⁹ homo ligat̄ ab eis. Naz diuitie stringūt in acq̄rēdo fune cupiditatis: strigūt in retinēdo laqueo auaritie: vrgēt in possidendo affectionis sapore. Ideo scriptū est. Funicul⁹ triplex difficile rūpit̄. ⁊ sic hominem ligatū insolubiliter ducūt ad interitū. Fig. Ju. 16. Sanson se ductus a Dalida ligatus est a phili steis: et excecatus et p̄duct⁹ in car= cerē. Spūaliter. sanson q̄ seducit̄ a dalida denotat illū qui seducit̄ a pe cunia: iacens em̄ in gremio eius per affectū ligat̄ a demonib⁹: et exceca tus ducit̄ in carcerē peccati in quo miserabiliter morit̄ sine remedio. pe stifera ergo res est auaritia ⁊ cupidi tas rerū tēporaliū in hoīe q̄ quanto plus crescūt in homine tāto plus te nent forti⁹. Sen̄. in quadā epistola. fortissima pestis est cupiditas q̄ solū egenos facere quos capit dum finē querēdi nō inuenit. Nam altera cu= piditas ex alteri⁹ fine nascit̄. Et iō fortior est qui cupiditatem vincit: ꝙ qui subijcit hostem.

F — Fig.

Sicut aqua effusus sum. p̄s. 21. Ericius dū sub petra proteḡt̄ stans in se recollectus in tuto est ab omni fera. Est em̄ exteri⁹ aculeis ar mat⁹. Ita vt nec possit ledi: sȝ itrās aquam dilatat se. quē canes vidētes dilatatum capiūt qn̄q̄ per pedem: qn̄q̄ per aurē: aliqn̄ per gulā: et sic captum occidūt. Spūaliter. ꝙdiu iu stus stat in sui cōsideratiōe. et recol ligitur sub petra que est christus: p̄ tegit̄ a christo: armatur em̄ aculeis oratiōis et virtutib⁹. et nullū ferale peccatū potest aliquo modo ad illū appropinquare. Sed intrans aquā mūdialium rerum per affectum dila tatur per desideriū ad illa. Ideo sta tim parati sunt infernales canes: et

E

vnus accipit eum per aurem: scilicet verba ociosa audiendo. Alius vero per manum: praua opera exercendo Alius vero per guttur: confessionem tacendo. et sic homo miser relinquens deum et carnalia opera exercens moritur et occidit in labilibus mundi rebus relicto loco in quo se tuebatur ab hostibus. Figura. Gen. 7. Multiplicatis diluuij aquis extincta est omnis caro que erat super terram. Spiritualiter. homines relinquentes christum et ipsius doctrinam: et multiplicatis aquis diuitiarum circa cor per affectum moriunt in peccato et submergunt in ipsis diuitijs. vnde Greg. in mora. Carnales homines dum de rerum abundantia et diuitiarum affluentia extolluntur hora qua nesciunt subito capiunt. et dum pedes fixisse credunt repentino motu ad yma laci descendunt.

Fig.

Gre.

¶ De ecclesia.

A

christi tanta premebatur amaritudi
ne propter originale peccatum ꝙ ste
rilitatis plaga et mortis spirituali=
ter a culpa premebatur. neq̄ꝫ enim
quicq̄ꝫ operari poterāt per quod pos
sent euadere tartareas potestates.
Jgitur clamantes ad dominum pro
huius amaritudinis dulcoratiōe ve
nit verus Helyseus. i. xp̄s ⁊ accepto
vase virgineo ex terra sola sancti spi=
ritus operatione positum est in istud
sal eius diuinitatis Et sic vas istud
positū est inter amaritudines et pe
nalitates humanas per passionem ⁊

mortem eius et sanate sunt aque et non est sterilitas Si quis velit bene operari nec mors est amplius immo tanta est dulcedinis magnitudo volentibus bñ facere ꝑparata ꝙ nõ

Ber. põt ꝑ hominẽ apprehẽdi. vñ Ber. in quadã epistola. Nemo hominum inquit nouit nec noscere põt ad plenũ quid boni ad gratiã: quid cõgruẽtie ad sapientiã: quid decoris ad gloriam. quid commodi ad salutem penes seipsum cõtineat hui⁹ venerandi mysteriũ scʒ humane redẽptionis altitudo inscrutabilis.

¶ De inferno.

A Amarum pro dulcissimo Tho. 6. Secundum medicos repletio magis contingit ex dulcibus ꝙ̃ ex aliis cibis eo ꝙ stomach⁹ nimis delectatur in illis. Jõ amaritudo q̃ dulcibus contrariatur hʒ repletionem curare. Nam tñ stomachus amaritudinem abhorret: ꝙ quicquid illam tangit stomachus reiicit Spiritualiter cor humanum multum in dulcedine delectabilium sibi complacet. Jõ sepe his intantuʒ replet ꝙ meatus bonorum spiritualiũ opilantur et totus homo disponitur ad ydropisim superbie. Summa autem medicina tunc est vt amaritudinem inferni per considerationem sumamus. ⁊ tunc quicquid superflui cor

Fig. receperat repellet. Figura Tob. 6. vbi legimus ꝙ cum Tobias puer intrasset flumen tygris vt se lauaret piscis immensus inuasit eum. et dũ nimium timuisset ⁊ clamasset angelus ipsum confortauit di. Trahe ipsum ad te ⁊ euiscera ipsum et tolle fel ipsius ⁊ iecur eius ⁊ repone illa habent enim fugare demonem et illuminare oculos. quod ⁊ fecit ⁊ sic factum est per effectum quia et fugauit demonem ⁊ lumen patri restituit vt ibidem patet. Spiritualiter. Tobias qui interpretatur bonitas domini significat christi fideleʒ qui angelo domini sociatus patris exequitur mãdatuʒ. Jntrat igit̃ ꝑ i flumen tygris quod interpretatur velocitas: quia aliquando cor suũ ponit in consideratione ⁊ affectione fugacis vite presentis. Ex qua stat̃m piscis. i. peccatũ exiens ipsum inuasit ad interficiendum per voluntatʒ consensum. Et tunc summum est remedium arripere amaritudinem inferni ⁊ iecori. s. delectationi peccati comparare et videre ⁊ mẽsurare quãtum est quod in peccato delectat. et quid et q̃tuʒ restat in futuro seculo pro peccati delectatione portanduʒ Et sic videbitur plane esse modicũ quod delectat et eternum qđ cruciat. Et tunc qđ in dulcedine dannabiliter suadebat purgabitur timore talis amaritudinis. vñ Aug. i quodam sermone. Jn presenti quideʒ vita delectationes temporales dulces sunt et tribulationes amare. sʒ quis non bibat tribulationis poculum metuẽs ignem infernalẽ: aut delectationes seculi nõ cõtẽnat? habet enĩ illuminare mẽtis oculos scʒ intellectũ et affectũ quos seculi huius caligo excecat. Expellit etiam diabolum eo qđ properetur ad remedium penitẽtie. hoc aiaduertẽs Ezechias Esa. 38. d. Jn dimidio dierũ meorũ vadaʒ ad portas inferi. s. per ꝯsiderationem quesiui residuũ dieꝝ meorum in his de commissis penitẽtiaʒ agam. ⁊ in eodẽ corripies me et viuificabis me ecce in pace amaritudo mea amarissima.

NE stes in omni loco iuxta regionem. Genes. 19. homo commorans in confinibus inimicorum suorum non est in tuto de vita. et ꝑcipue cum non possit resistere. Aliquando enĩ in manus inimicoꝝ suorum vel hostium cadens peribit. Jõ debet concitus inde confugere et se in loco tutiori saluare. Spiritualiter. vite presentis affectio ẽ terra inimi

corum ibi tres insidiantes inimicos habemus.s.mūdum carnē et dyabolum. Ber.in medi. Mundus adulatur: caro delectatur: dyabolus insidiatur: aia execatur et totus hō turbatur. Nos vero debiles sumus nescientes resistere: vñ ber.ser.8. Triplex inquit est miseria humano generi si diligenter aduertimus. Naz faciles sumus ad seducendum. et debiles ad operandum. et fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum et malum decipimur. Si tentamus facere bonum deficimus. si conamur resistere malo reijcimur et superamur hec ber. Ergo non est standum in hac regione. sed fugiendum est ad locum tutiorem.

Fig. Fi. Math. 2. Joseph sciēs herodē laborare: vt ipsum puerū interficeret monitu angeli accepit puerum et matrē eius Mariā et fugit in egiptū et erat ibi vsq ad obitum herodis. Postmodum ad terram reuocatus ē israel mortuis. s. querentibus animā pueri. Spiritualiter subaudi per Joseph virum istum. Nam viro iusto debet esse christum puerum cum diligentia in sui memoria gubernare ne a dyabolo peccato mediante perdatur. Jō herodes interpretatur glorians in pellibus per quē dyabolus notatur. qui omnē capit gloriam cū vallet pellem subripere hominum. i. animam. Cum ergo sentimus hunc herodez exardescere contra puerū nostrum. i. contra puritatem nostraz et gloriam quam ex christo in anima nostra nutrito percipimus nos habere. statim accepta maria matre pueri et puerū descendere in egyptuz debemus. Quod sic expone qz primo consideremus puerū factū pro nobis. Deinde passum et mortuum. Deinde accipiamus mariam matrē s. amaritudinem doloris de peccato Et cum hac descendamus ad meditandum eternam gehennam. Et q̄ liter in extremo iudicio examine reproborū collegiū reprobetur a christo et tradetur diabolo. hec sunt nouissima q̄ si cogitabis fugabis herodē et reuocaberis ad terram israel. id ē ad videndum dominum in patria

Ber Ber.in quodam sermone. In omnibus operibus tuis memorare nouissima horrores iudicis tremendi val de discerne. ardentis gehenne metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tue miseriam Recogita annos tuos cū amaritudine anime tue. Et cogita vite hūane pericula. Cogita fragilitatez ppā. et in hmōi cogitatiōe si pseueraueris dico tibi pax sēties q̄cq̄d foris videt eē molestum: ¶ De iuditio vltimo

B Ideo et vos estote parati Ma. 24. Existens in carcere et dira seruitute oppressus concaptiuis suis fugientibus non debet dormire ne inuētus a principe seu tyranno penam fugientium patiatur. Spiritualiter quisq vestrum ē in carcere dū in via presenti corporali corpore circundatur. Et ratio est qz q̄ non pōt agere q sibi proprium est captiuus est merito cēcendus. Nostrū. n. proprium est intelligere. sed hoc exercere non possumus in hac carne manētes. Uñ frustramur proprio appetitu qui est circa cognitionē dei. Ergo sumus captiui dū igitur videmus omēs fugere. et q ab hoc mūdo opz recedere non debemus pigricijs nostris dormitare ne nos in recessu infernalis tyrannus rapiat impeditos. et nos percutiat insanabili plaga atq et nos vinculet compedibus

Fig. grauioribus. Figu. Exodi. 19 Dicit moyses ad populum Estote parati in diē tertium et in die tertia cepert audire tonitrua emicare fulgura et nubes dēsissimas operire montem clangorēq buccine vehementius perstrepebat et timuit populus qui erat

in castris. Spiritualiter dies tres
nobis ordinati sunt.s.introitus sta-
tus et exitus. vel natiuitas vita et
mors. Sic igitur nos ordinare debe
mus vt in die mortis simus parati
q̄m illa die transacta veniet dñs vt
iudex qui prius venerat vt pius pa
ter. audietur tonitrus accusationū
& videbuntur fulgurātia peccata et
clangetur tuba qua omēs pauebūt
et diram irā dei super peccatoribus
exardentē timebūt electi qui in ca-
stris predestinationis existunt Uide
igitur quid tunc rei agere poterunt
qui reperti fuerit extra castrum. Et
qui ex parte dyaboli permanebunt.
Ergo simus in die mortis prepara
ti ne a dyabalo capiamur quia si in
hora mortis capti fuerimus in pec-
cato in die iudicij relinquemur. Jō
ipse in die mortis tam sollicite homi
nem molestare satagit et decipere.
Gre. Grego.li.6. Mora. Antiquus ho-
stis ad rapiendas peccatorum ani-
mas in die mortis crudelitatis ef-
frenatur violentia vt quos viuētes
blandicijs decipit morientes citius
capiat.

TU potens es: et quis resistet
B tibi, ex tunc ira tua. ps̄. 75.
Nulla videtur vindicta sufficere ru
stico seruo illata qui principis et do
mini sui offēsas obstinatione aggra
uat. Nemo.n. illi misereri deb3 Spi
ritualiter nimis impie agit contra
seipsum peccator ledens diuini pri
cipis maiestatem: & negligens se ꝑ
penitentiam recōciliare cū ipso. Di
gne igitur talis eterno supplicio est
tradendus. Si em̄ peccator vellet
penitere. et dñs repudiaret peniten
tiā eius quilibet illi cōpati merere
tur. Sed cum ipse dñs ad indulgen
tias peccatores inuitare non cesset
quis potest excusari? Derelinquat
impius viam suam: et vir iniqu⁹ co
gitationes suas. sed si nolunt prin
cipem videre placabilem ipsum vi-
debunt furore repletum. vñ Gre. su Gre.
per illud. Math. 43. in nubibus ce-
li sic ait in maiestate visuri sunt quē
in humilitate videre noluerunt. vt
tanto districtius virtutem eius sen-
tiant. quanto ceruicem cordis ad pe
nitentiam non inclinant. veniet igi
tur cum potestate & maiestate iudi-
caturus qui mitis et humilis vene
rat peccatoribus indulgere peccata
Figu. Apoc. 20. Ubi beatus Johā
nes talem visionem fertur vidisse. Fis.
Ecce inquit vidi tronum magnum
et candidum et sedentem super eū
a cuius conspectu fugit celum et ter
ra. Et ante supradicta verba modi-
cum ca. 19 Dicit nomen describes il
lius et vestimentum eius di. ꝙ erat
vestitus veste aspersa sanguine & vo
cabatur nomen eius verbum dei et
exercitus qui sunt in celis sequebā
tur eum in vestibus albis vestiti bis
sinum album mundum & de ore ipsi
us procedit gladi⁹ acutus extraq3
parte. vt in eo percutiat gentes. spi
ritualiter per tronum candidū sub
audi carnem christi purissimam vir-
gineo candore fulgentem a diuino
verbo assumptam. vocatur itaq3 no
men eius verbum dei qz est verbū
quod caro factum est & habitauit in
nobis. Jdcirco iudex venturus est.
Jo. 5. Dedit ei iudicium facere qz fi
lius hominis est. Erat vestitus ve
ste aspersa sanguine. qz carnem pro
priam clauis et lanceis perforatam
et suo cruore rubefactam in ipsa die
ostēdet. vt ꝑterui iudei in quā trās
fixerūt videāt. et falsi xp̄iani cogno
scāt quē ex proprijs culpis neglexe
runt. sic igitur dñs passionem suam
illius improperabit. ps̄. Ergo sine
causa iustificaui cor meum. Et la-
ui inter innocētes man⁹ meas. & fui
flagellat⁹ tota die & castigatio mea
in matutinis Seq̄tur. a cui⁹ ꝯspectu
fugit celū & terra qz ei⁹ aspectū nēo
ferre poterit Nā & iusti etiā pauebūt

in die furoris eius &c. Quid faciet virgula deserti. Ubi concutietur cedrus paradisi si iust⁹ vix saluabitur iniustus vbi parebit. Ex ore eius gladius ex vtraqz parte acutus. per quem subaudi duplicem maledictionem peccatoribus allatam. s. separationem a christo Et inferni inclusionem. Et nota q̄ nō erit maior gehenne pena q̄ vt a christo separetur anima. vñ Cris. sup math. omel' 23. loquens de ipsius gladij vtraqz percussione dicit. Intolerabilis res est gehenna quis nesciat q̄ supplicium ē horribile tamē simile nil est tale quale est ab illius gloria et honore repelli et exosuz esse a christo. et ab illo audire non noui vos. Sequitur et exercitus qui sunt in celis sequebātur eum: q̄z angeli et sancti dei christum sequuntur induti veste gloriosa et luce Apoc. 7. beat⁹ Jo vidit post dominū turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantem ante domiū q̄ amicti erāt stolis albis. iō Ans. in suis meditationibus loquēs tam de angelis sanctis q̄ de omni genere beatorum Sic ait. O dei sapientia bene adornasti eos in opus sacri ministerij tui. hi sunt viua sidera superioris celi. lilia interioris paradisi. rose plantate super aquas siloe q̄ confluūt cum silentio et tibi in radicibus adherent immobiliter.

Ans

Uoca operarios: et redde illis mercedem suam. Math. 20. Prudens dispensator ante diem rationis sue debet prospicere intus librum suuz. et sepe computum reddere et videre si bene introitibus exitus correspondent. ne subito ad reddendam rationem vocatus et prius tus tempore satisfactionis nequeat plenarie respondere. Nos sumus dei dispensatores. prime ad Cor. 4 Sic nos estimet homo vt dei ministros et dispensatores mnisteriorum eius. Debemus igitur ante tempus rationis nostre librum aspicere conscietie nostre et si plus est ibi de peccati culpa q̄ de penitentie satisfactione debemus nobis prouidere. vnde possimus vocati a deo satisfacere quoniam ab eterno iudice subito requiremur. Et hora qua nos nescimus vocabit. Nouissimus enim dies ille magnus et amarus et incertus est quando tonabit illud tonitruum terribile super omnes operatores terre et dispēsatores diuini thesauri excludens omne expectationis tempus et nullus poterit se abscondere. Nam sicut solet iudex tuba preconis congregare gentes iudicaturus reum vel latronem sic faciet christus veniens iudicaturus mundum. Figura Apoc. 10. vbi beatus Johannes vidit angelum tenē tem pedem vnum in mari et alteruz super terram iurantem per viuentē in secula seculorum q̄ amplius nō esset tēpus sz ad vocem septime tube consūmarentur omnia et ifra ca. 20. Jō subdit et mare inquit dedit mortuos suos et mors et infern⁹ dederūt mortuos suos q̄ in eis erāt Spiritualis expositio plana est. Nā intonāte domino p angelicam tubā vocem illam terribilem. Surgite mortui venite ad iudicium excluso dānationis tempore congregabuntur omnes qui mortui sunt in proprijs corporibus resurgendo. vnde Criso. super prima ad cor. 15. Uere vox magna tube terribilis cui omnia obediunt elementa que petras scindit inferos apent. portas ereas frangit vincula mortuorum dirrumpit. Et de profundo abyssi animas liberatas corporib⁹ suis reddit hec autem citius consummabuntur in corpore q̄ sagitta transeat in aere dicente apostolo. in momento et in ictu oculi.

Fig.

Cri.

D Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ps. 92. gluto bene facta sua faceret si comedens et bibens in taberna tabernarius nō notaret quid comedit et bibit. Sed vulgo dicit. vnū cogitat gluto: ⁊ aliud tabernarius. Cogitat. n. gluto bene comedere ⁊ melius bibere. Sed nō cogitat vnde soluat. putat eīm tabernarium seducere. Ille vero omnia in ligno signat qḋ est i duas partes diuisum: quaꝝ vnā partem apud se retinet tabernarius. Alteram ꝓo gluto: ⁊ in vtraqꝫ talliat ⁊ signat vno ictu. Spūaliter. bene cōtingeret peccatorib⁹ abutētibus delicijs ⁊ diuitijs huius seculi si deus faciē suam aueiteret ⁊ nō exigeret ab eis rationem ⁊ non signaret peccata eorum discutienda in die rationis. Sed vere vnū cogitat peccator: ⁊ aliud diuina iusticia. Considerat peccator tm̄ gaudere cū mundo dicens vt in. ps. Non videbit dn̄s neqꝫ intelliget deus Jacob: sed ipse decipitur: qꝛ oia aperta ⁊ nuda sunt oculis eius. ps. Imperfectum meū viderūt oculi tui ⁊c. Figu. Apo. 2. vbi Joh. vidit. Et ecce aperti sunt libri. et iudicatū est de omnibus ſm ea que scripta erāt in libris. Spiritualiter. subaudi per hos libros tam peccatorum ꝓprias consciētias ꝙ multas alias creaturas peccata in futuro iudicio iudicātes ⁊ peccatores accusantes ac etiā conuincētes. quorum testimonio nō erit possibile cōtraire. Unde Criso. sup Math. Accusat peccatorē ꝓpa consciētia quam polluit creator quē offendit culpa quam commisit dyabolus cui seruiuit scriptura quā transgressus est. creatura qua abusus est tēpus quo expectatus est. Tot igit testibus quomodo valebit quis resistere: ꝙ si ad excusandam excusationem in peccatis laboret conuincet illum dn̄s di. Nonne hec cōdita sunt apud me ⁊ signata in testamēto meo tunc obmutescet peccator. ps. muta. f. l. do.

Fig.

Cris

E Proijcite eum in tenebras exteriores. Mat. 25. Solet iudex postqꝫ conuictus est reus de maleficio vel de alio commisso crimine quo merito mori debeat. ferre super illuꝫ corporalem sententiam qua lata paratus est minister mortis reum ponere super currum vel bestiam. imponēsqꝫ super ipsum signa criminis sui ad eius confusionē: vt patet de his qui cōdunt falsa instrumēta aut fabricant falsam monetā: quia fixa illa portant super vestimēta vt oēs possint quid cōmiserūt intueri ⁊ tali modo ducitur ad patibulū. Spūaliter. Iste modus seruabit in extremi iudicij mag no die. Et hec oia beat⁹ Jo. figuraliter vidit. nam conuicto peccatore sufficienter per testes legitimos vt ex superiorib⁹ patet: dn̄s ꝓferet vltimam sententiam. di. Discedite a me ma. in ignem e. q. p. est di. ⁊ an. eius. Aduerte lector ꝙ nō dicit qui parat⁹ est vobis: sed diabolo cum tñ dicet benedictis. pcipite regnum quod paratum est vobis: quia certe deus mortē non fecit: sed peccator miser sequēs dyabolū ad illuꝫ accessit. Justis vero p suam gratiaꝫ regnum dedit. hoc pro tanto dictum sit: vt noscamus deū nemini causam esse damnationis multis tñ esse causam salutis. s. omnibus saluādis. data igitur sentētia tam seua. ꝓsto erit minister mortis ad suscipiēdum reū hunc ministrum vidit beatus Jo. in fig. Apoc. 6. Ecce inquit equus pallidus. Et qui sedebat sup illū nomē illi mors: et infernus seqbatur eum. Spiritualiter. subaudi p hūc militē diabolum congregantē exercitū suū scilꝫ demones velut aues famelicas ad cadauera. Apoc. 19. Omēs aues saturate sunt de carnibus eorum ⁊ e inde ponetur super bestiam ad eius cōfusionē cū ꝯditionib⁹ supradictis

Figura Apocal.17. vbi legit q an gelus dixit beato Jo. veni ꝛ ostēdā tibi dānationē meretricis magne: ꝛ vidit inquit Jo. mulierē sedentē sup bestiam habentem capita.7. ꝛ cornua.10. Et mulier erat vestita auro et p̄ciosis lapidib9 ꝛ margaritis.ꝛc. habēs poculum aureū in manu sua plenum abominatione. Et in fronte eius nomē scriptū Babilon magna mater abominationum terre. Spiritualiter. subaudi per bestiam sic mōstruosam designare culpam q̄ monstruosa est. ꝛ aliena ab omni spē boni.per.7.capita nō.7.capitalia vicia q̄ commissa sunt in culpa.hec.n. sunt mala que portabunt secum rei in signaculū punitionis eorum per mulierem vero sedentē sup bestiā indutam preciosis vestibus subaudi partem illā humane nature damnate et suis exigētib9 demeritis demonibus societate quā deus ornauerat virtutibus p̄ciosis.s. vt memoria voluntate intelligētia visu, auditu.ꝛc. Et ingrata cor suū inuoluit fetore et manus suas nequissima operatione ꝛ voluntatē suam durissima obstinatione contemnēs penitētiam agere de peccatis: qd sup omnia fetidū est atq fedum in cōspectu dei. Ideo huius fetorē ad sui confusionem secum in eternū portabit cum aculeo

Aug penitentie sine fructu. Unde Aug. de fide ad pe. In futuro. Et si erit stimulus plenitudinis nulla erit tamē correctio voluntatis a quibus inculpabitur iniquitas sua vt nullatenus possit diligi aut desiderari iusticia.p 10.cornua q̄ in bestia esse audisti.nota penas quas eadem culpata nam passura est in gehenna quas beatus

Gre. Greg. exponēs illud Math.25. pij cite eū in.t.e.enumerat. In inferno erit frigus intollerabile: fetor importabilis: tenebre palpabiles: flagella cedētium: horrenda visio demonū: cōfusio pctōꝝ: desp̄atio oim bonoꝝ.

Erit mors sine morte: defectus sine defectu: quia mors semp incipit ibi. Et defectus nescit deficere. Si ergo bene cōputasti sunt.10. ꝯputatis tñ vltimis p vno: qz horum est vna sententia q̄ est in penis sine carere. Sic mulier hec dānatorū caterua simul cū ministro mortis ducet in abissum damnationis eterne. Apoc.20. Infernus ꝛ mors missi sunt in stagnū ignis. Et hec est mors dupla. subaudi p ifernum et mortem demones et hoies impios. Ibi em̄ simul corā principe suo dyabolo persoluēt de malis operibus qd passi ni sunt. Gre.i mo- Gre.

ral. Tunc edax flāma ꝯburet quos nūc delectatio carnalis polluit. Tūc infinitum patēs baratrum iferni devorat quos iam vis elatiōis exaltat atq q̄ qd non licet ex viciovolūtatē hic calidi p̄suasoris expleuerūt tunc cum duce suo reprobi ad tormēta puenient.hec Gre. Et sic patet qualiter meretrix misera auersa a suo creatore eterna gehēna ꝯfusa manebit.

De Justicia.

A Virga tua et baculus tuus ipsa me ꝯsolata sunt.ps.22. Nota q habēs equum vmbrosum non est in tuto: quia si ꝯtingat hostes iuenire: cupiēs eum ad vnā partē ducere fugit ad aliam et versus inimicos. si viderit lignū arbitrat illud serpētē si videt aceruum lapidum putat esse leonē. Summū igitur remedium est sup latera eius semp virgam tenere erectam et realiter eū percutere: vt plus timeat virgā q̄ fantasmata illa Spūaliter. homies hui9 mūdi sunt proni ad omne peccatum ꝛ pigri ad bonum exercendum. Si vidēt lignū crucis qd debēt imitari ꝛ iuxta illud trāsire arbitrant leonē ideo fugiūt ad oppositum ad peccata et miserā animam ducunt ad precipitiū. Ideo summa cum diligentia debet prelat9 vel iudex virgā iusticie punitiōis super delinquētiū latera paratā ha-

bere. ꝛ vbi videt culpā ꝯmitti nō debet pigrescere in punitiōis remediū si vult subditos triūphare de vicijs. Sen. de clemētia in corripiēdo inqͣt tria lex secuta est que quilibet rect⁹ princeps seq̄ debet vt aut euꝫ quem potuit emendet: aut pena eius decetero meliores efficiat: aut vt sublatꝫ malis securiores ceteri viuāt. Figu. Exo. 17. vbi legimus ꝙ cū amalech aggressus esset filios israel Moyses ascendit in montē tenēs manu virgā quā cum eleuatam teneret populus vincebat israel: superabat Amalech Cum ꝟo virgam deponeret sup̄bat̄ populus ꝛ amalech vincebat: quia tñ manus moysi graues erant: nec poterat illas erectas semp̄ tenere sustētabat̄ per Aaron ꝛ vr. Spūalit̄. per Amalech q̄ interpretatur gens bruta subaudi vicia ꝛ peccata per q̄ homines poti⁹ brutales nūcupant̄ q̄ȝ humani. Nā cum hō sup̄bit cōparat̄ leoni: cū inuidet serpēti cū irascit̄ cani. ꝛc. Igit̄ amalech inuadit populū israel qñ pctā diuersa inuadūt populū christi in castris. i. in ciuitatib⁹ vel religiōib⁹ vel q̄buscūq̄ alijs collegijs vbi seruat̄ ciuiū vnitas aut regularis obseruātia hec gēs bruta ꝛ lubrica suo morbo ꝯtagioso plurimos p̄dit nisi sibi obuiet iusticie disciplia. vñ. Cassio. sup̄ ps. 28. iniquitas q̄ppe mortaliū more putredinis sine fine vagaret si eam medicinalis increpatio minime terreret. Debet igit̄ Moy. i. iudex vl' p̄lat⁹ i mōtē iudicialis punitiōis ascēdere: virgā correctiōis eleuatā tenēdo. ꝛ cuꝫ culpa exigat delinquētibus nō dormiat iusticie disciplina. Sic em̄ fugabit populū Amalech. i. mores pecudū ꝛ brutales. Sed nō. ꝙ dicit̄ moyses ille q̄ tenet virgā i. assumpt⁹ de aq̄s: qꝛ iudex vel p̄lat⁹ debet a moribus corruptis ꝛ prauis eē penit⁹ remot⁹. Nā si in pctīs existeret peccata nullaten⁹ abhorreret. Comedēs em̄ allia alteri⁹ comedētis illa fetorem nō sentit. Sic q̄ i vicio adhuc iacet viciū alterius iudicare nō audet Ber. li. 2. de ꝯsideratiōe. Audi inqͣt cāticū meū vnicū: sed salutare monstruosa res est grad⁹ summ⁹ ꝛ aīm⁹ īfim⁹. Res p̄ma: ꝛ ligua ꝑma: ligua magniloq̄ ꝛ man⁹ ociosa. Fmo multus ꝛ fruct⁹ nullus. vult⁹ grauis: ꝛ actus leuis: caput canū: ꝛ cor vanū facies rugosa. ꝛ ligua nugosa: pigēs auctoritas: ꝛ nutans stabilitas. hec Ber. vex̄ estꝙ lꝫ iudex seu rector bonus sit ꝛ a peccatoꝝ brutalitate remotus graues nichilominus manus eius videntur delinquētibus. pauci em̄ sunt quibus dulcis manus punientis appareat. oēs em̄ iusticiam diligunt: sed pauci sunt qui subire velint iusticie disciplinā. Gre. in mora. vbi est ille sapiēs de quo dictum est. Corripe sapiētē ꝛ amabit te. Quis em̄ facile inuenit̄ qui velit reprehēdi. Ideo nisi manus sustentet̄ correctoris nō potest plene per ipsum iusticia exerceri: duo em̄ sunt q̄ debēt sustētare man⁹ prelati in vtroq̄ collegio. Nam manus potestatis secularis debēt protegere nobiles ꝛ populares. manus vero prelati in religione p̄tegere debēt magistri ꝛ bacchalarij quod si fiat leuiter fugatur Amalech et superantur vicia ꝛ peccata. Si autem econuerso dyabolus vincit omnes. Ideo animaduertant sustinentes reos et illos in suis erroribus defendentes: quoniam hic infamiam ꝛ in futuro incurrent gehēnam. Unde Leo papa. ꝛ ponitur in decretis distinctione. 86. Facientis proculdubio culpaꝫ habet qui quod potest corrigere negligit emendare et negligere cum possis perturbare peruersos nil est aliud quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occulte q̄ manifesto facinori desinit obuiare. Et primus gradus innocentie est

odisse nephanda. et late pādit delin
quētibus aditum qui iungit cū pra-
uitate cōsensum. ⁊ nil prodest alicui
non puniri proprio qui puniēdus est
de alieno peccato.

B N Oli esse sicut leo in domo tua.
Ecclesiastici. 4. Leo eñ dici-
tur esse fortissimus inter omnia ani
malia ⁊ a nullius pauet incursu. Ue
runtamē seueritate eius interdū tem-
perata parcit ꝓstratis. Spiritualí-
ter. licet rectorem feritate vti opor-
teat: illa tñ est pro loco et tēpore tē-
peranda. Nam ferox contra vicia: ⁊
dulcis erga ꝑsonas: vt adimpleat il
lud Augu. dictum in regula. s. corri-
ge cuz dilectiōe hoim et odio viciorꝫ
Señ vñ Señ. in li. de moribus. Nemo in
quit prudēs punit: qꝛ peccatū cōmis
sum est: sed ne peccet. Res eñ opti
ma est non sceleratos extirpare: sed
scelera. Ideo debet qlibet rector suā
temperare iusticiam et fragilitati cō
Fig. pati subditorꝫ. Figura. Judi. 14 vbi
legim⁹ ꝙ Sāson mel inuenit in ore
leonis quo hausto et comesto percus
sit philisteos. Spūaliter. Sāson tūc
inuenit in ore leonis mel quādo sub
ditus inuenit in ore prelati paternā
correctionez deposita feritate. Ideo
delinquēs si dulcedine se ꝑcipit ad
moneri vnde puniri se nouerat nō i-
merito debere: confortatus suꝑioris
dulcedine aggreditꝛ vitia ⁊ peccata
et tanto fortius ea suꝑat q̄̄to sibi vi
det liberius agere contra illa ex ꝓ-
pria voluntate nulla pena cogente.
vñ Grego. i pastorali caplo. 38. Nō
Gre. nūq̄ q̄ inter flagellorꝫ duriciē rema
nēt incorrecti dulci sunt admonitiōe
mulcēdi. Nam plerosq̄ cruciamēta
non corrigunt ab iniquis actibus le
nia blandimēta ꝯpescūt. qꝛ et egros
quos fortis potio curare non valuit
ad salutē p̄stinā tepēs aq̄ reuocauit
C I N omni ore quasi mel dulcora-
bitur. Eccle. 49. Nota ꝙ in oī
medicinali potione vt plurimū poni
tur mel. Nam multe licet herbe seu
radices vim sanandi habeant tanta
est eorꝫ amaritudo aliquando ꝙ nō
posset ipsas eger accipe nisi dulco-
ratas mellis cōmixtione. Spūaliter
omnis correctio fraternalis licet de
se bona sit ad sanandum animā pec-
catoris: nichilominus nō potest bñ
recipi et sustineri ab egroto. i. a fragi
li peccatore nisi minime dulcedie tē
peretur. ps. Misericordiam et iudiciū
cantabo tibi dñe. Debꝫ igitꝛ prudēs
prelat⁹ ꝯdescēdere ad subditos cle-
mēter et seueritatē dulcedine dñi ex Fig.
pedit tēperare. Figu. p̄mi. Reg. 14.
vbi legimus ꝙ Jonatas obtenta vi-
ctoria contra philisteos inuenit mel
et summitatē virge quā manu tene-
bat intinxit in illud. Spiritualiter. Jo
natas interp̄tatur colūba ⁊ denotat
rectorē qui debet esse erga subdito-
rum suorꝫ custodiam studiose sollici
tus et ꝓ ipsorꝫ salute dñm interpel-
lare continue. Esay. 38. Clamabo ⁊
meditabor vt columba. Igitꝛ iste de-
bet summitatē virge: scꝫ correptiōis
et iusticie sublimitatē melle misericor
die linire. Tūc eñ fiet medicina sa
lutis si ex misericordia et iusticia vna
resultet potio. vñ Gre. in moralibus Gre.
Miscēda est inquit seueritas lenita
ti faciendo quoddā ex vtraq̄ tēpera
mētum et nō multa asperitate soluā
tur subditi. hoc nimirū illa taberna-
culi archa in qua cum tabulis simul
virga et māna erat significabat: qꝛ
cū sacre scripture sciētia boni recto-
ris sit in pectore. sit etiā in virga cor
rectionis manna dulcedinis.

¶ De Ira.

D E naribus eius ꝓcedit fum⁹ A
olle succense. Job. 47. Olla
feruens ad ignem habet hanc pro-
prietatē: quia si intra illam non nisi
vna faba esset istam produceret ad
os. Item ad os olle veniunt omnes
feces in illa retēte que dum non fer
uebat quiescebant ei. et tantū inter-

dum feruet ꝙ cuz feci dis simul emit
tit pinguedinē. Spūaliter. per ollaꝫ
igne succensam subaudi ꝑsonam ira
preuētaꝫ que si quicꝗ̄ mali scit infa
mie proximi, totum ore profert ꝗ̄tū
cūqꝫ minimum illud et omnes feces
scꝫ blasphemie vel iniurie que tēpo=
re quietis latebant in corde nō soluꝫ
ore: sed mēbris oībus ira dominans
Gre. ꝓdit. Gre. li. 6. mora. Ire inquit tue
stimulis cor accēsum palpitat. corpꝰ
tremit: lingua se īpedit: facies igne=
scit: exasperant oculi et nequaꝗ̄ re=
cognoscuntur noti. ore quidē clamo
rem format: sed intus quid loquatur
ignorat. In quo itaqꝫ iste ab arrepti
cijs differt qui actionis sue cōscius
non est. hec Greg. Sicut ergo olla q̄
ad ignem pinguia cum fecibus emit
tit sic iracūdus simul cum veris fal=
Fig. sa promit. Figu. Je. i. vbi dictuꝫ fuit
ipsi prophete. Quid tu vides Je. Et
ipse ollam succensam ego video a fa
cie aquilonis. Et in eodē item inter=
rogatus quid tu vides. Et ille. virgā
vigilantē ego video. Et dn̄s ad illū
bene vidisti. Spūaliter. subaudi per
ollam igne accēsam hominē occupa
tum qui verum non valet discernere
carēs lumine veritatis. ps̄. supceci=
Cat dit ignis ⁊ non viderūt solē. Et Ca
to. Ira impedit animū ne possit cer=
nere verū. facie itaqꝫ ꝯsus aquilonē
est ex parte dyaboli qui est rex aqui=
lonis. Daniel. xi. Est. n. diabolꝰ sem
per ira plenus ⁊ oīno implacabilis.
sed vide quia sup illum diuina sentē
tia semꝑ vigilat parata confringere
peccatoreꝫ nisi deposita ira penitus
mansuescat. ps̄. Nisi conuersi fueri
tis gladium suum vibrauit.

B Ir grando spiritus ꝓcellarum
pars calicis eoꝝ. ps̄. 10. Esti=
uo tempore grandines frequentius
aggregantur ꝗ̄ hyemali. Ratio est
quia per calorem fit attractio vapo=
rum a terra sursum vsqꝫ ad quandā
aeris altitudinem ad quam solis re=
uerberationō attingit ⁊ ibi vapores
illi nimia ingelati frigiditate grauio
res fiunt ⁊ impetuose descēdētes vi
rentia. ledunt in campis. ⁊ ꝗ̄to pro=
pinquior locus est vnde cadunt tan=
to effecti grauiores grauius ledunt
Cum. n. de altiori loco descēdunt di
minutiores fiunt: ⁊ per consequens
leuiores ⁊ minus ledētes. Spiritua
liter. per grandinem ira humana no
tatur propter similitudineꝫ vtrobiqꝫ
repertam. Aggrauatur eīm ira quā=
do vapores. i. verba contumeliosa ꝑ
calorē superbie auribus ꝑcipiūtur ⁊
estus elationis seu superbie: vt dixi=
mus illa ad considerandum elatam
suspēdunt mētem deueniūt eīm vsqꝫ
ad regionem illam frigidā in anima
ad quam nullatenus ardor charita=
tis attingit. Ibi eīm coagulantur ex
frigiditate mētis ⁊ idurant atqꝫ ag
grauantur. ⁊ inde impetuose descē=
dētes per blasphemias ⁊ infamatio
nes. secretorum reuelationes. crude
litates inmanes ⁊ diras lesiōes va
stant omnia virentia. i. omnes virtu
tes omnia pacis federa. ⁊ fratrū vni
tates. Et nota ꝙ ꝗ̄to breuius est in
teruallum inter ꝯceptum ⁊ dictum:
tanto amplius ledunt: quia impetuo
sius feriunt. Si eīm iratus animꝰ ad
tēpus iram suam restringeret ⁊ non
statim illam emitteret diminutior fie
ret: ⁊ paruam aut nullam lesionem
inferret. Et nō. ꝙ ad litterā post no=
nam sepius cadunt qn̄ scꝫ mero ⁊ ci
bo vēter amplius estuat: qꝛ tunc ho=
mo leuiter i furorem ascendit. Sed
notandū ꝙ in regione tēperata raro
descendunt grandines. sic anima pa
cifica raro mouetur ad iram. Figu. Fig
Exo. 9. vbi legimus ꝙ in egypto ce= Grando
cidit grando maior ꝗ̄ vsqꝫ ad tēpus
illud visa fuisset. ⁊ occidit animalia
egypti. et quicquid in campis spica=
tum inuenit: tamen in terra Gessem
in qua habitabant filij israel nichil
mali fecit. Spiritualiter. ꝑ grādineꝫ

vt dictum est notatur ira: p egyptuz mētes tenebrosas ꝛ caligine plenas subaudi que ex eius sup̄bia faciles sunt ad iram nullam sustinent repre hensionem. nullam increpationem: sed aggrauātes fraterna delicta tra bē faciūt de festuca. ꝛ impetu sue ire extingunt nedum proximi bona: sed
Gre. propria ī qua fecerant. vñ Gre. i pa sto. duz pturbationi sue minime ob= sistunt. etiam si qua a se tranquilla mēte fuerant bene gesta cōfundunt. Et improuiso impulsu destruunt qc= quid forsan diu labore ꝓuido cōstru xerūt. per terrā vero Gessem q̄ inter pretatur libanum sacrificiorum sub= audi virtutē humilitatis ꝛ patientie quam hereditāt filij christi. Mat. 5. beati pacifici quoniam filij dei voca buntur. In hos non ira habet locuz. distincti n sunt a filijs diaboli quos
Gre. furor ire vastat. Greg. p̄mo mora. In hoc mēs iusta ab iniusta discernitur ꝙ omnipotētis dei laudem inter ad uersa confitetur. ꝙ non cum rebus frāgitur: ꝙ non cum casu exterioris glorie cadit.

Ecce ventus turbinis venit ab aquilone. Ezechi. i. Uidemus eīn ꝙ edificium altum fundamentū habēs debile aduenientib⁹ vētis va= lidis non subsistit. Quāto est altius leuatuz. tanto fortior est ruina. Ideo primum qd̄ curandum est in edificio est stabilitas fundamēti: quia nō so= lum est p̄iculuz de domus ruina: sed etiam de habitantiū interitu. Spiri tualiter. edificium anime sp̄uale eri gitur versus celum cum cumulantur in ipsa virtutes et merita deo grata qd̄ quidem si debeat sustinere suppo nēdum prius est fundamētum humi litatis ꝛ patientie: ne p impetuz ire velut a valido vēto percussum fundi
Fig. tus eruatur. Fig. Job i. vbi legit ꝙ in domo primogeniti eius vescebant= tur et bibebant vinū. 7. filij: et tres filie ipsius Job. ꝛ repēte irruit vēt⁹ vehemēs a regione deserti ꝛ ꝯcussit quattuor angulos domus q̄ corruēs oppressit liberos suos ꝛ mortui sunt Sp̄ualit. p hāc domū subaudi aiam humanā christi sanguine redēptam Sustētat quattuor colūnis. i. 4. car dinalibus seu moralibus virtutib⁹. Inter epulant septē misericordie opa cū trib⁹ partib⁹ penitētie: sed qr in= terdum patiētie fundamētū non est firmū irruēte a regione inferni vēto impetuose ire cadūt quattuor angu= li: pereūt virtutes: ꝛ omnia bona pri ora pariter extingunt Gre. li. 6. mo. Gre.
per irā iusticia derelinquit: qr dū p= turbata mēs iudiciū sine ratione ex aspat omne qd̄ furor suggerit rectū putat. Per iram gratia iure socialis amittit: qr q̄ se ex humana ratiōe nō tēperat necesse est vt bestialiter vi= uat. p irā māsuetudo amittit. p iraz concordia rumpit. p iram lux verita tis amittit: qr cum mēti iracūdia cō fusionis tenebras incutit hinc deus radios sue cognitionis abscōdit. hec Gre. Et sic patet quāta mala irruūt per iram in anima sine penitentia.

De Inuidia.

Ursus esuriēs princeps impi⁹. prouer. 28. Nō. vrsus cadens de arbore quā vt caperet poma ascē derat iratus omnes quos potest ra= mos arboris satagit vngulis ꝛ dēti bus laniare. Sp̄ualiter. p vrsuz sub audi inuidum q̄ vidēs seruos dei ex ercere opa sapida odorifera bōe fa me: nititur illa extiguere ꝛ vilipēdere Sed cū nō potest: saltez satagit lau= des cōmēdationesq illorū suis detra ctionū morsib⁹ laniare. Figura Da niel. 7. vbi legit ꝙ iter bestias q̄ de Fig.
mari exibāt: vna erat vrso similis et habebat tres ordines dētiū ꝛ lacera= bat mltas carnes. Sp̄ualiter. p hāc bestiā notat inuidia q̄ inter pctā pri cipalia egrediētia ab amaritudie dy aboli dr eē scdz pctm̄. p̄cessit. n. p̄mo superbia dyaboli vnoz: ex qua statim

Aug orta est inuidia. Augu. de verbis dñi Inuidia est filia supbie: sz ista mater nescit sine filijs esse vbi fuerit conti nue parit. suffoca matrē et nō erit fi lia. Hz hec bestia tres ordines dētiū qz triplex gen⁹ hominū nititur lace rare. Augu. in quodā sermone. inui dia inqt est odium aliene felicitatis respectu inferiorū ne sibi equentur respectu superiorū: qz eis nō equa tur respectu parium q sibi equant. Vñ Chaym inuidit Abel pspérita ti. Rachel lye fecunditati. Saul da uid felicitati. per inuidiā pcuratus est lapsus mundi / z mors christi.

B In nouissimo mordebit vt colu ber. puerb. 23. Coluber dict⁹ est a colorum varietate: est enim ser pens venenosus valde z quot hz co lores tot hz inde dolores. Est enim mordax multū. latet. n. sepib⁹ iuxta viā inuidiās viatoribus. Spūaliter. subaudi p hūc serpentē inuidiosum hominē q tot in seipso patitur dolo res interitus. quot pximorū pcipit psp felicitstes exteri⁹. s. vñ Prosper. li. 2. de vicijs z virtutib⁹. Tātos inqt hz pene tortores qnto ei⁹ cui inuidet audit laudatores. Mordet enī colu ber oēs quos pōt: sic inuidus morsi bus detractionū suarum bonos lace rat viros quos valet. Sz tāta est ra bies inuidie eius vt sepe sup seipsum hie. redūdet. Hiero. ad quandā dominā detestando inuidorū calliditatem loq tur di. O inuidia pmum mordax tui. O sathane calliditas semp sctā per sequēs. Iste igitur serpēs perseqtur viatores: qz peregrinātibus versus celū sua detractiōe mordaci inuidus fig. prebet īpedimentuz. Figura. Gene. 49. vbi legim⁹ q cum Jacob filijs suis futura pdiceret ait ipi Dā. fiat Dan sicut coluber in via cerastes in semitis mordens vi gulam equi z ca dat equus et assensor ei⁹ ad terram Spiritualiter. tribum Dan nos non legimus habuisse terras inter filios israel. per quam bene possumus no tare inuidum qui inter sanctos dei locum nō obtinebit. vñ cum beatus Johan. signatas tribus nominaret. Apoca. 7. Tribū Dan nullatenus nominauit. Mordet igitur hic colu ber: scz inuidus z cerastes q est ser pens minutissim⁹ latēs i arena vel puluere viatoribus vite psentis vn gulas. scz operationes qbus gradiū tur ad celum vt retro cadāt tam cor pus q spūs. Venenū ergo pessimuz habet inuidia. Petrus raué. i sermo P ne filij prodigi. Inuidia inqt maluz vetustum pma labes antiquuz vir⁹ seculorum venenuz. hec ipsum ange lum eiecit de celo. hec de paradiso hominem pncipem nostre generatio nis exclusit Abrae pgeniē propter sanctitatis z auctoris sui cedem ad mortē saluatoris armauit inuidia in testinis hostis. nō corp⁹ qrit: nō eli det septa mēbroz. Sed in ipsam cor dis arreptat arcē. z āteq viscera sē tiant ipsam dominā corporis animā predo capit et adductam includit. Sed nō. q dū cerastes sic latēs nisi diatur equi vngule iterduz calcatur et cōprimitur equi pede. Sic inuidus sanctos viros nequiens ledere sua torquetur angustia. vnde Seneca in Se. epistola. Nunq melius torquebis impios q virtuti z glorie seruiēdo.

Ardebit vsq ad inferni nouissi C ma. Deuteronō. 32. Nota q il lud quod alia debz ignire prius de bet esse ignitum in seipso. Nō. etiaz q quanto magis materia durior est tanto amplius ignita ignem conser uat: sicut patet in ferro qd postq in censum est diutius ignem conseruat q lignum. Spiritualiter. ignis in uidie prius suum succendit possesso rem diuina iusticia suadente. Unde Hugo de sancto victore. Inuidia in Hu quit nil est iustius. que protinus su um auctorem cruciat. et quanto cor vel mens inuidi per obstinationem

durior est: tãto diutius ignis huius conseruat in illa. Ideo dyabolus in duritia totaliter obstinat⁹ eterne inuidie ignẽ iugiter secũ portabit ꝓpt qđ auctor censet inuidie. vñ Aug. i
Aug li. de doctrina xp̄iana. Inuidia viciũ dyabolicum est quo solus dyabolus reus est. Non eñ dicet dyabolo vt damnetur. Adulteriũ cõmisisti. furtum fecisti. villam alienã rapuisti. sꝫ hominis sanctiti inuidisti. Iste igitur dyabolus sic ignitus ꝛ succẽsus inuidia conat ardere et succendere hominũ nouissima. Not. ꝙ illud nomen nouissima sonat vltima. Nã bona in nobis tres ordines seu conditiones habent: scꝫ principiũ / mediũ ꝛ finem. principiũ habẽt in bonis cogitationibus. ꝛ tũc incipiunt florere mediũ vero est volũtatis consensus et tunc incipiunt crescere. finis autẽ eoꝝ siue nouissimũ est operũ cõsummatio: qꝛ hoc est omniũ vltimũ ꝛ perfecti⁹. Torquet igit dyabol⁹ igne inuidie in flo͛ib⁹ bonaꝝ cogitationuꝫ si isti flores leuiter extingũt leui tẽtationis vento quia tenelli ꝛ infirmi adhuc sunt torquent aũt grauI⁹ cũ videt in viro dei flores cogitatiões bene firmari ꝛ germinare ꝑ consensum. sed durissime laniatur cum fructus prospicit ad maturitatem debite operationis venisse. Ideo omnes vires suas atq̧ conatus ad illa nouissima exterminanda inducit. Fig.
Fig. Apoca. 8. vbi beat⁹ Johãnes vidit stellam de celo cadentem tanq̧ facu lam ardentem ꝛ nomen stelle absinthium. ꝛ cecidit super tertiã partem fluminum. ꝛ tertia pars aque facta est absinthiuꝫ ꝛ multi homines mortui sunt. Spiritualiter. per hãc stellam de celo cadentem subaudi inuidiam dyaboli: que non valuit contra deum: cõtra quẽ primo exarsit: sꝫ ꝑcidit vires succensa sue neq̄tie igne et ꝓprio furore. Hec stella succensa de celo cadens irruit sup tertiã ꝑtẽ fluminum: quia sup omnia hominũ nouissima. i. opera bona q̄ facta sunt vt absinthium. Nõ. ꝙ inuidia est super omne absinthiuꝫ amarissima: qꝛ dulcia et sapida opera in amaritudinem cõmutat. Nam obedientiã primorum parentum q̄ factoris palato erat dulcis et suauis: intantum fecit per inobedientiam amarã ꝙ potius ipẽ dei fili⁹ voluit mori q̧ talẽ amaritudinem sustinere. Item nõ. ꝙ oĩa nouissima. i. bona opã xp̄ianoꝝ amaricat cum lingua immũdi lucidis fideliũ operibus suis morsib⁹ detrahit. Et qđ sequit ꝛ mortui sunt multi homines. Ergo expone ꝙ nõ solũ inuidia occidit inuidum: sed etiã auditores ꝛ aures libenter prebentes detractoribus ꝓximoꝝ. vnde Ber. Ber.
in lib. de cõsideratione. detractor inquit et libenter auditor vterq̧ dyabolũ portat. in lingua ille. iste in auribus. Igitur qui nõ vult amaritudine inuidie venenari ꝓcul fugiat detractionis virus. Nam dũ detractor te viderit non libenter audire non facile potest detrahere. Patet igitur qualiter inuidia ignis est nouissima nostra id est bona opera ardens atq̧ consumens reducens bona omnia hominum in fauillam.

¶ De ypocritis.

Qui non accipit crucem suam ꝛ
A
sequit me nõ potest. ꝛ c. Mat. 10. vulgo dicitur ꝙ asin⁹ portat bladum et nichil comedit. ex illo videmus et portantes magnos et grossos pisces ad domos nobilium et accepto bolo panis deponunt piscem ꝛ redeunt. nec de pisce quicq̧ comedunt. Spiritualiter. ypocrite sepe ferunt crucis pondera per ieiunia. vigilias. exterminationes faciei et alia penitentie opera ficta tamen et inutilia et nichilominus merita crucis nõ ꝑcipiunt nec participant: sed solo bolo laudis humane cõtenti crucis merita perdunt. Gregori. 8. mo-

ralius. Quid in cunctis operib⁹ suis ypocrita aspectat nisi reuerētiā honoris et gloriam laudis humane. a melioribus metui. sanctus ab omnibus vocari. Ecce quō adulteratur liquor balsami. Fi. Mat. 27. Simō
Fig. cireneus āgariatus a militibus Pylati et phariseorū famulis portauit crucē christi precio. sed non est crucifixus in ea. Spūaliter. per simonē qui interpretatur obedientia subaudi ypocritam qui a demonibus delusus illis obediens efficitur vnde illi homini laborem suadent penitentie inutilem per deformitatem iactātie et ypocrisis ad illudendum ei. vnde
Aug Aug. de conflictu viciorum. dicunt demones ypocrite. Age bonum qđ vales ostende cunctis bonum quod agis vt bonus a cunctis dicaris. vt sanct⁹ et venerabilis prediceris ab omnibus: vt dei elect⁹ voceris vt nemo te cōtēnat. vt nemo te despiciat sed vniuersi debitum tibi honorē persoluant. Sic igitur ypocrita a demonibus angariat⁹ cruce accepta praua intētione pondera crucis portat sed non sequitur crucifixum. Ille humilis et patiens. Et iste impatiēs et superbus. Ille pro suis persecutorib⁹ orauit. Iste contra plane loquentes irascitur: pronus et sollicitus ad vindictam. Ideo tales non merent crucis premium. licet sustineant crucis
Hie. simulacrū. vnde Hiero. in quodam tractatu. perfacile inquit est habere vestem contēptam. salutare submissius. manus deosculari prelatis. incliato capite et deiectis oculis humilitatem et mansuetudinē polliceri. lēta voce sermōes infringere: crebrius suspirare et omni verbo se miserū et peccatorē clamare: et si leni sermone offēsus sis cōtinuo attollere supercilia. leuare ceruicem: et de licatū illū oris sonū insano repente q̄ clamore mutare. Aliam iesus docuit humilitatē qui cum maledicere tur nō maledicebat cum pateret̄ nō cōminabatur. Auferentur figmēta verborū. cessent simulati gestus virum hūilem patientie probant iniurie. Hec ille. Q2 igitur ypocrita opa crucis non bona sed praua vt visum est intentione pagit. Ideo crucifixi premia non attingit. vnde Gre. 8 moraliū. Simō crucē portans neq̄ q̄ in cruce moritur: quia omnis ypocrita corpus quidem per abstinentiā affligit: sed tamen per amorē glorie mūdo viuit. Gre.

Quesiuit lanam et linum. Proverb. 13. Nota q̄ de lino per se et de lana per se fiunt boni et vtiles panni. Sed de vtroq̄ simul fit pān⁹ sophistic⁹. Ratio est quia textura illa nimis est deformis. Nō em̄ simul conueniunt q2 vnum est mollē reliquum corrodit et lacerat. Spiritualiter. homo vacans diuinis corde pariter et opere ē optim⁹ homo etiam vacans corporalibus reb⁹ viuens q̄ proprio sudore beatus est et bene sibi erit nisi legi dei in aliquo contradicat: sed ypocrita abscōdens prauitatē intentionis sub operibus piis pessimus est. Sen. malus tūc ē pessimus cū simulat esse bonus. Figu. Deut. 22. vbi pceptū fuit sacerdotē nullatenus vestimento vti lino et lana contexto Spiritualit̄ sacerdos quēlibet fidelē denotat. Sum⁹ em̄ gen⁹ sacerdotū. lana et lino vestimētū ɔtextū portāt. q̄ prauitatem oper nitunt̄ gestib⁹ cooperire hūilib⁹ vel q̄ ppria opa nitūt̄ simulati ōe colorare. volūt ei essētialit̄ esse mūdani: et per sophisticos gest⁹ hr̄e et apparere diuini ɔtra q̄s btūs Greg exponēs illđ. Ecclesiasti. 5i. ve peccatori terrā ingredi ēti duabus viis sic dicit. Duabus quippe viis peccator terrā ingreditur quando et dei est quod opere exhibet et mundi qđ per cogitationem querit hec igitur et si excludenda sint a mentib⁹ om Fig.

nium fideliũ vniuersaliter sublimiꝰ tamen debẽt excludi ab animo p̄di catorum diuini verbi ne ipsi verbũ dei humiliter loquẽtes ore bonum exterius praua intentione corrũ= pant. Greg. 8. mora. figuram supra dictam exponens ait. Non indues. vestem lana et lino contextam. p la nam simplicitas. per linũ subtilitas designatur. Et nimirum vestis que ex lana ꝛ lino cõtexitur linũ interiꝰ celat lanãq3 exterius demonstrat. vestem ergo ex lana linoq3 contex= tam induit qui in actione ꝛ locutiõe qua vtitur intus subtilitatẽ malitie operit. ꝛ simplicitatem foris innocẽ tie ostendit.

C Percutiet te deus paries deal bata te. Act. 23. Nõ bene potest iudicari de qua materia domus sit edificata foris dealbata cemento. Nã interdũ erit interius de luto et creditur foris de politis lapidibus. quia cemẽto vel calce potest latere vtrũq3. Sed si quis murum modicũ martello fodiat statim de qua mate ria domꝰ sit plenarie experieť. Spi ritualiter non potest homo plene co gnosci p dealbationem exteriorum operũ qualis intrinsecus p intentio nem consistat: q2 sepe ypocrita p ex teriora opera artificialiter oue3 sim plicem se ostendit. ꝛ intus erit lupꝰ rapax. Unde Grego. in moralibus. hanc artem describens ait. ypocri= sis est virtutum simulatione clausũ vicium abscondere et arte palliare Nõ igitur potest intelligi qualis in terius lateat: quia homo solũ videt q̃ foris sunt. deꝰ autem solus intueť cor. Sed si martello alicuius contu melie feriatur q̄uis plane stati3 ap parebit qđ intrinsecus latebat. Fi= gura. Eze. 8. vbi dominus dixit ipsi prophete fili hoĩs fode parietẽ. Et subditur Et cum fodissem parietem apparuit ostium vnum. Et dixit ad me ingredere ꝛ vide abominatiões pessimas. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium ꝛ aĩaliũ abominatio et vniuersa ydola isrł ael depicta erant in pariete in circuitu per totum ꝛ 70 viri de senioribus domus israel. Spiritualiter. p pari etẽ occultantem que sunt intra do= mum denotatur ypocrita abscõdẽs prauã intentione in corde. perfodiť vero paries cum ypocrita exponiť alicuius contumelie siue iniurie aut increpationis examini. statim enim aperitur ostiu3 nequitie et maligni= tas q̃ latebat in corde statim ore pã ditur per iram et impatientiã. ꝛ etiã videbuntur occulta patefieri. vide= batur nanq3 similitudo reptiliũ atq3 serpentum p quam subaudi supbiã ꝛ inuidiam: videbatur brutorũ aĩa lium abhominatio per quam subau di luxuriam et crapulam. videbãtur vniuersa ydola israel. per que subau di cupiditatem ꝛ auaritiam que sũt ydolorũ seruitus. Sed inter ista ap parent. 70. viri ex israel: quia decẽ precepta ꝛ vij. mie opera solum ibĩ depicta sunt p quandam similitudi nem ꝛ ypocrisim sed vere non persi stunt. Et sic patet qualiter ypocrisis abscõdebat multa mala: que aduer sitatis pbatio manifestat. Pe. rauẽ. Pet. ypocrisis est subtile malum: secretũ virus: latens venenũ: virtutu3 tinea ypocrisis secura simulat prospera fallit. curiosa mentitur ꝛ crudeli ar te virtutẽ truncat iunctione virtutũ ieiuniũ pimit ieiunio. orationẽ ora= tione euacuat. misericordiã misera= tione psternit. ypocrisis cognita fe bri frigido poculo propinat ardores qđ corporibꝰ ẽ ydropisis hoc ẽ ypo= crisis aĩabus. Nã ydropicus biben do sitit. ydropisis vero inebriata est siti. hec pet. rauen.

D Offer te illi incensum dignum in odorem suauitatis. Ec. 46. Nota q̧ est quedã species picis per omnia incenso similis nec bene põt

Gre. Gre. Fig.

cognosci vnum a reliquo. Ideo nisi
sint prudentes mercatores sepe de
cipiuntur. Sed experimentum capit
et firma noticia qn̄ ponuntur super
ignem. Nā si super ignem ponit vnū
redolet et aliud fetet. Spūaliter in
ter ypocritam et sanctū virum nulla
apparet differentia in gestis exterio
rib⁹ immo frequenter acta spūalia
deuotiora ostendit q̄ rectus et sim
plex arte ypocrisis decorata. Sz vnū
a reliquo tunc discernit cū cibo exa
mini ignis tribulationis exponitur
quia tūc simplicitas viri dei p patiē
tiaz odorē suauitatis emittit. et ypo
derunt eam in manibus beate virgi-
nis que versus celum clamans dice-
bat. O excelse israel. O celestis dauid
O pater misericordie ꝛ clemētie. Ui
de ꝛ obsua si hec est tunica filij tui
an non? Uide si hec est tunica quam
Rachel fecerat filio suo Joseph. Ui-
de summe deꝰ si caro christi est quā
ego obumbrante spiritusancto nun-
ciante Gabriele archangelo concepi
Uoluebat intra se hanc tunicam vir
go Maria a capite vsq̧ ad pedeꝫ vi
debat caput spinosum: os felle pollu
tum: oculos liuoribus plenos. manꝰ
ac pedes perforatos: latus apertuꝫ.
totum corpus cruentatum: ꝛ cum la
chrymis verba gemitibus plena di-
rigebat ad christum dicens. Quare
fili mi sic rubrum est vestimentū tu-
um. Uox igitur illius sonabat in ra-
ma plorans filium suū sepe repetēs
pristinam interrogationem an esset
illa tunica filij sui Joseph. Et respō-
dit pater. fera pessima inuidia deuo
rauit filium meuꝫ. Sapiē. 2. dixerūt
impij apud semetipsos non recte iu-
dicantes. venite: circūueniamus vi-
rum iustuꝫ. ꝛc. Et in fine causam p̄-
dictam. s. inuidiam di. Et errauerūt
qꝛ excecauit eos malicia eo. Et sub-
audi per maliciā: inuidiā iudeoruꝫ.
inuidia ferior omni fera. leo fortissi
mus prostratis indulget. et tu redē-
ptorem tuum pungis contra imma-
culatum agnum q̄ os suum nō ape-
ruit. ꝛ tu tuum os aperuisti. ꝛ carnē
eius dentibus lacerasti: ferreis liga
sti qui victos tuos soluit: vulnerasti
qui omniū sanat vulnera: potasti fel
le aque viue fonteꝫ crucifixi qui om
niuꝫ cruciatꝰ curauit. Occidisti illū
qui est omnium viuentium vita. quo
niam quis audiuit. vn̄ Ansel. in me- Ans
ditationibꝰ. Quid fecisti dulcissime
puer? vt sic iudicaris: quid cōmisisti
amantissime iuuenis: vt adeo male
tractareris? Qd scelus tuū? que no
xa tua? q̄ causa mortis tue? que occa
sio tue damnationis? O admirabilis
censure cōditio? O ineffabilis miste
rij depositio. peccat iniquꝰ ꝛ puniť
iustus. delinquit reus: vapulat inno
cēs. offendit impius: dānatur pius.
Qd mereť malus: patiť bonꝰ. quod
perpetrat seruꝰ: exsoluit dn̄s. quod
committit homo: sustinet deus.

Unus militum lancea latꝰ eiꝰ E
aperuit. Johis. 19. Quādo du
citur reus ad patibulum quē multi
sequuntur cōsummata vita illius et
habita debita experientia de morte
omnes qui astabant recedūt. Spiri-
tualiter. Christus mūdus / purus / ꝛ
immaculatus agnus innocēs in cu-
ius ore non est dolus inuentus: Du-
ctus fuit ad crucem ꝛ deputatus est
impijs. Ideo ɔsummato ipsius passi
onis misterio ꝛ experti iudei ꝙ vere

mortuus esset reliquerūt eū in cruce pendentē post horā nonā et vsqꝫ ad vesperas stabat sic pendēs. Nam satiati iudei qui mortem eiꝰ sitiebāt eo mortuo recesserunt et omnes eum dereliquerunt ꝛ discipuli abierunt.

Fig. Figura. 3. Regū. 22. vbi legimꝰ ꝙ rex israel vadens ad prelium contra syrios mutauit habitum. s. regalem ornatum et ascendit currum suum ꝛ percussus sagitta inter stomachum et pulmonem mortuus est vespere ꝛ syrij omnes reuersi sunt. Ordinauerant eīn syrij hostes eius vt solum israel regē interficerēt. quo facto terminatum est prelium et saluati sunt omnes rege tm̄ mortuo. Spūaliter. christus dei filiꝰ dicit̄ rex israel q̄ interpretat̄ vidēs deū. Ipse em̄ semꝑ videt diuinitatē: qꝛ sꝑ sibi p̄sens est cum ꝛ ipse sit deus. Igit̄ debens cāpum nostre salutis intrare pugnaturus ꝓ nobis occultās maiestatē regalem exinaniuit semetipsū formā serui accipiēs ꝛ ascendens currum: scꝫ lignum crucis post multa tormēta pcussus est lancea ꝛ hora vespertina pendebat in cruce mortuus. Et vt dictum est satiata iudeoꝝ rabie q̄ tm̄ christi mortem sitiebāt terminatum est ꝑlium qđ erat iter nos ꝛ angelos. Et oēs reuersi sunt in domū suam. Et factꝰ est in pace locus eoꝝ et habitatio eoꝝ in syon. i. in vita beata. Et ex istis duobꝰ generibus omnium factus est vnus grex vni ꝛ trino pastori subiectus qui talia eis pascua preparauit: que nec oculus vidit nec in cor hominis ascēdit. Et sic rex noster operatus est nobis pacem

Cris. in morte sua. vñ Criso. i ser. cene dñi Occisus ꝓpositꝰ christꝰ cur occisus sit videamus. vt celestia pacificet. vt terrena recōcilietvniuersa. vt amicū te ꝯstituat āgeloꝝ. ꝛ habētī oīm potestatem aīam suam ꝓ te dñs dedit.

Ans. Dabit ipsos ꝓ sepultura. Esa. 53. Longe nequior est malitia sub aliquo genere virtutū palliata: ꝙ̄ si nuda ꝛ apta foret. vñ Aug. sup ps. Simulata equitas nō est eq̄tas: sed duplex iniq̄tas. pharisei nanqꝫ cogitātes malitiam ꝛ neq̄tiā quā in nece christi exercebāt sub specie pietatis iuerūt ad pylatū dicētes ꝛ petētes ob paschat̄ deuotionē vnū vinctum: scꝫ Barrabā seductorē latronem et homicidā ꝛ sub isto pallio dāpnauerunt iustum: scꝫ christū. Duo ḡ mala fecit populꝰ iste: scꝫ reū dimittēdo: ꝛ iustum occidēdo. Esa. 5. ve q̄ iustificatis impiū et iusticiā iusti auferti ab eo.

Fig. Fig. leuit. 16. vbi legimꝰ ꝙ in die ꝓpitiatiōis offerebant̄ duo animalia. s. duo hyrci: quoꝝ vnꝰ mactabat̄ et offerebat̄ dño: vt fieret ꝓpitiatio ꝓ pctis. aliꝰ ꝟo dimittebat̄ libere: ꝛ hic secū portabat oīa pctā populi. Spūalit̄. per hec duo aīalia oblata in sacrificio ꝓpitiationis sub audi hos duos vinctos: scꝫ christū dei filium sanctū et iustū: Barrabā latronē seductorē ꝛ homicidā. imo latus igit̄ christꝰ est ꝓpter quē fctā est recōsiliatio omniū peccatorū: ꝛ Barrabas dimissus et liberatꝰ est q̄ est testis perfidie iudeoꝝ.

Ans. Ansel. in suis medit. ꝛ dirigit ꝟba christo. vultum tuū inq̄t honorabilē in quē desiderant angeli ꝓspicere: qui omnes celos adimplet leticia: quē depcant̄ omnes diuites plebis pollut̄ labijs suis sputis inq̄nauerunt: sacrilegis manibꝰ occiderunt: velo operuerūt in derisionē et te dñm vniuerse creature tanqꝫ seruū ꝯtemptibilē colaphizauerūt. Adhuc autē animā tuā incircunciso deglutiendum tradiderunt. vinctum quidē ante faciē Pylati presidis ꝑduxerūt. postulātes te supplicio crucis interimi q̄ peccatū nō noueras. ꝛ virū homicidā donari sibi: agno lupum, auro lutū preponētes. O indignū et infelix ꝯsiliū ꝛ q̄dem non ignorabat impius ille ꝑ inuidiam hoc i te fieri. tñ nō abstinuit te

meraria in te man⁹ mittere: sed repleuit animam tuam sine causa amaritudine.

b Vade lauare septies in iordane. 4. Reg. 5. Solent inuitati ad magna festa facies lauare suas ne immūdi appareant inter mūdos Spiritualiter. dñs noster nos inuitauit ad festa maxima: scilʒ ad gaudia paradisi vbi nullus sordidus intrat: sʒ omnes sunt mūdi ꝛ imaculati. Apoc. 6. date sunt singulis stole albe. Sed ne per immūdiciā repleamur dedit nobis isto sancto tempore aquam purgatiuam cū sacratissimo sue passiōis sanguine ex quo ab omni malicia peccati licʒ turpissima

Fig. possumus mundari. Figu. leuit. 14. vbi legimus ꝙ in purificatione leprosoꝝ talis ritus seruabatur. portabantur enī duo passeres viui quorū vnus interficiebatur sup aquā viuā in vase terreo positā: ꝛ fiebat aspersorium de ligno cedrino ꝛ ysopo. Et ibi ligabat solo ṽmiculo. s. coccineo passer viuus ad modum aspersorij: et aspergebat septies leprosus. postmodum passer viuus dimittebatur abire. Spiritualiter. leprosum erat genus humanum propter peccatum primoꝝ parentū: qꝛ lepra sordes est insanabilis ꝛ pctm̄ illud q̄tū ex parte hois erat incurabile. p duos autē passeres adductos ad purgationem lepre subaudi diuinam ꝛ humanam naturā. factum est aspersorium de ligno cedrino: qꝛ in cruce xp̄i positum fuit lignum cedri. Occisus est enim vnus passer: qꝛ humana natura xp̄i cuius sanguine aqua baptismatʒ efficatiā mundādi accepit. Alius passer: scʒ diuinitas filio charitatis humanitati ꝯiuncta est: sed liber abijt eo ꝙ diuinitas imortalis existat. Septies aspergitur immundus: qꝛ. 7. sacramenta de vase terreo. s. corpore christi fluxerunt cum sanguine et aqua simul ꝓpter quaʒ omnis anima vere credēs ꝛ iuste operās mūdatur accipiamus ĝ illud aspersoriū ꝛ septies nos aspergamus: scʒ discurrādo p. 7. pctā mortalia. sʒ vide ꝙ sit aqua viua. solus sanguis non lauat sine aqua viua. nec aqua viua sine sanguine. Aqua viua dr̄ q̄ manat de visceribus terre p quaʒ deuotas subaudi lachrymas q̄ de corde ꝯtrito et verificato exeunt fluētes p oculoꝝ tuos. si sic p aspersorium crucis ex sanguine christi aspergas tuam memoriam. et si plenus sis sordibus et si nullum decorem virtutuʒ habeas in te tm̄ peccatoꝝ lachrymis assumptis passionis dñi memoria te mundabis. Ber. sup cā. smo. 22. Passio Ber. tua dñe Jesu xp̄e est viatiū remediū singlare refugiū deficiēte sapia. Justicia etiā nō sufficiēte succūbētib⁹ meritis illa succurrit. Ideo cū defecerit virt⁹ mea nō cōturbabor neqꝫ diffidam. Scio q̄d faciā. calicē salutaris accipiā et nomē dñi inuocabo.

Arbor bona fructus bonos facit. Math. 7. b Preter fecunditatem ꝛ suauitatē fructuuʒ etiā arbor ipsa multas ꝓstat humano vsui cōmoditates. Nam viatores arbore frondosa inuēta nō solum fructibus eius reficiuntur: sed etiam protegūtur ab estibus similiter ꝛ a pluuia ꝛ ascendens interdum sicut illi necesse est tuetur a feris. Spūaliter. crux christi arbor bona fuit magna lata ꝛ frondosa. ꝛ fructus satietatis et suauitatis tribuens ꝛ fideles omēs protegit a demonibus ꝛ ab omnib⁹ peccatorum ꝛ viciorum incursibus. Figura. Daniel. 4. vbi narratur visio Fig. quedam sub tali forma. Ecce arbor in medio terre cuius proceritas attingens ad celum et aspectus eius vsqꝫ ad terminos terre: et esca vniuersorum in ea: subter eam habitabant animalia. in ramis eius volucres celi cōuersabantur. Spūaliter. per hāc arborē subaudi crucem xp̄i

ps. Erit tanq̃ lignum qd̃ plantatū est: secus de. aqua. i medio terre qd̃ ad litterā sic fuit fertur em̃ q̃ in cal uarie monte vbi crux xp̄i fuit posita sol recto tramite ac directe aspiciat quodam tempore qd̃ est argumentū medie regionis. ps. Deus noster añ secula operatus est scʒ in medio terre. Cuius proceritas attingens ad celum: quia nulla est alia via ad celum de terra ducens nisi crucem xp̄i accipere ipo teste qui ait. Si q̃s vult post me venire tollat crucē suā et sequatur me. Aspectus eius vsq̃ ad terminos terre. quia omnes inuitat omnes vocat. neminem despicit. ps. Extendit palmites suos vsq̃ ad .m. ꝛ vsq̃ ad fi. xpa. ei⁹. Esca vniuersorū in ea q: paruis ꝛ magnis incipiētibus ꝛ pfectis iustis ꝛ iniustis: ipsa subuenit omnibus volētibus fruct⁹ prebet salutiferos arbor illa. Amb. super Lucam. xp̄s omnibus omnia factus est. paup̄ pauperibus. diues diuitibus. flens flentibus. sitiens sitiētibus. p̄fluus abūdātib⁹. In carcere cū captiuis. cū Maria flet. cum apostolis epulatur. cum samaritana sitit. In deserto esurit. vt cibus p̄mi hominis quem preuaricatione gustauerat ieiunio dñi solueretur. Sub ea habitabant animalia per que notanł hoies vite actiue qui sub arboris huius vmbra p̄ fidem quiescunt et tempore tētationis estus ꝛ quandocunq̃ feras inferni appropinquare pcipiunt Arborem hanc p̄ contēplationem et meditationē ascēdunt et ibi tute quiescūt. Ber. in suis me. Copiosa inquit redemptio data est nobis in vulneribus redēptoris nostri: magna multitudo dulcedinis gratie plenitudo et perfectio virtutū Cum me pulsat turpis cogitatio: recurro ad vulnera xp̄i et fugał a me. cum me premit caro mea ex recordatione vulnerū dñi mei resurgo. Cū diabolus parat michi insidias fugio ad vulnera dñi mei et recedit a me. In omnibus necessitatib⁹ meis non inueni tam efficax remedium q̃ vulnera xp̄i. Sequił in ramis eius volucres celi conuersabantur. p̄ volucres celi nidificantes in ramis subaudi viros pfectos. qui licet corporaliter sint in mundo nichilomin⁹ cordialiter mundus illis crucifixus est et ipsi mundo. hi debent nidum suuʒ in plagis xp̄i totaliter ponere quem iudei crucifixerunt ꝛ in hoc fugient omnem ruinam et omni celesti gratia pfruenł. vnde Ber. in meditationibus. Ecce inquit dñe cum de tua memoria mens mea suspirat ꝛ tuaʒ ineffabilem meditatur pietatem ipa carnis sarcina minus grauat cogitationum tumultus cessat. pōdus mortalitatꝫ ꝛ miserie more solito nō oblectat. Silent cuncta tranquilla sunt omnia: cor ardet, anim⁹ gaudet, memoria viget. intellectus lucet: ꝛ totus spūs desiderio visionis tue accēsus inuisibilium rapitur amore.

Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Iohā. i. Dicit philozophus q̃ sensus debens sentire aliud sensibile debet esse ab illo penitus denudatus. Pupilla em̃ p̄ tanto dicitur abscolor. i. sine colore: vt de coloribus possit iudicare. aliter em̃ colores non perciperet. color existens in pupilla ipediret visioneʒ exterioris coloris. verbi gr̃a. Si q̃s iuxta oculū vitrum coloratuʒ ponat et simul p̄ illū alia visibilia intueał omnia sibi apparebunt illi⁹ coloris cuius est vitrū. Et qd̃ dictum est de oculo ita ꝛ de ceteris sensibus. Spiritualiter. non erat possibile aliquaʒ creaturam puram perficere salutem humane nature. et ipsam liberare a peccato: eo q̃ nulla repeniebał omnino absq̃ pctō. i. vt eius puritas et bonitas sufficeret ad tollendum culpam ꝛ ad infundenduʒ gratiam. nec erat ad hoc sufficiens angelus quia

vt habet I Job. Celi.i.ãgeli nõ sũt
mũdi in conspectu eius neqꝫ homo
poterat inueniri mundꝰ Nemo mũ
dus a sordibus neqꝫ infans cuiꝰ vi
ta est vnius diei sup̃ terrã. Si ergo
nulla creatura sufficiebat eo ꝙ ni-
chil est in conspectu eiꝰ mundum.re
quirebat̃ ergo nõ tm̃ creatura ſ3 et
ipse creator q̃ omnino est sine colo-
re.i.sine oi reatu. Oportuit ergo ip̃z
quandam nouam creaturã facere.s
animã xp̃i et ipsam induere carne a
peccato aliena qđ fieri non poterat
nisi de virginitate conciperet̃ ꝑ opꝰ
sancti spiritꝰ. ⁊ sic assũeret hanc na
turã deus vt esset penitus sine ma
cula et vt maculas contagionis hũa
ne posset mundare. Ideo verbũ dei
caro factũ ẽ.qui dicitur agnus im-
maculatus quẽ cũ beatꝰ Joh.aspice
ret spũsancto plenus cognouit et ip
sum digito ostendit di. Ecce agnus
dei ⁊c̃.hoc etiã aliꝰ euangelista Jo-
Fig. han. i figura vidit Apoc.5.vbi ip̃e
ait. Uidi inquit in dextera sedentis
librum signatũ signaculis.7. et nõ
inueniebat̃ in celo neqꝫ in t̃ra neqꝫ
subter terrã q̃ dignꝰ esset aperire li
bru3 et soluere eiꝰ signacula.7. Et
dũ ex hoc ip̃e Joh.amare fleret ostẽ
sus est ei agnꝰ occisus et dictũ est ei
vt nõ fleret quia dignꝰ est agnꝰ qui
occisus ẽ aperire librũ et soluere.7
signacula. Spũalr̃.ꝑ librum clausũ
et signatũ sĩaudi diuinã grã3 quã
fortiter ꝯtra nos clauserãt.7. capi
talia vicia.que primi nostri parẽtes
diabolo suadẽte hõi miserũt:nec repe
riebatur in celo.s.angelꝰ ad hoc suf
ficiẽs neqꝫ intervjuẽtes hoies erat
aliꝰ valẽs nos liberare.nec iter sã-
ctos i libo detẽtos q̃sqꝫ tam iustus
erat ad hoc potẽs vt nos eripet.sed
oñsꝰ sibi agnꝰ sine macl'a q̃ suffici-
ẽs fuit tollẽ mũdi pctã.vñ audiuit
idẽ Joh.in eodẽ li.ca.5. atqꝫ vidit
viginti quattuor seniores haben-
tes singulas citharas et cantabant
canticũ nouũ corã deo ⁊ agno di.di
gnꝰ es dñe apire librũ ⁊ soluere.7
signacula eius:qm̃ occisus es et re
demisti nos in sãguie tuo ⁊c̃. Spũa
liter ꝑ.24.seniores intelligũtur.12
apl'i ⁊.12. ꝓphete oms citharas scri
turaꝝ suaꝝ idẽ cãticũ cantãt. Nã
quẽ ꝓphete vẽtuꝝ p̃dixerũt aposto
li p̃dicauerũt venisse.vñ Leo papa Leo
i q̃dã ser. Sacramẽtũ inq̃t salutis
hũane nulla vnq̃ antiquitate cessa
uit:qꝛ quẽ p̃dicauerũt apl'i hũc an
nũciauerũt ꝓphete. Agnus ergo
iste sine macula oues suas redemit
nõ auro neqꝫ argẽto seu aliquo alio
corruptibili.ſ3 suũ sanguinẽ imma
culatũ ꝓ nobis dedit in p̃ciũ et occi
dẽs lupũ fecit nos do nr̃o agnũ.vñ
Au. sup̃ Jo.omel'.7. ꝑtractãs illđ Aug
Ecce agnus ⁊c̃. vtiqꝫ singulariter
agnus dei sine macula: solus sine
peccato.ergo singularit̃ hic ẽ agnꝰ
dei:quia singularit̃ huius agni san
guine solo hoies redimi potuerunt.
venit agnꝰ. qualis agnꝰ?quem lu
pi timẽt qui leonem occisus occidit
Sanguine agni victꝰ est leo. Ecce
spectaculũ xp̃ianorũ magnũ est spe
ctare ꝑ totũ orbẽ terrarũ sanguine
agni victũ leonẽ educta de dẽtibus
leonũ membra xp̃i et adiũcta corpo
ri christi.

Nox sicut dies illuminabitur. 3
ps̃.138. Nichil posset contige
re deterius victoribꝰ i prelio qꝫ añ
cõplemẽtũ et consummatã victoriã
fieret nox:quia tunc quilibet efficit̃
timidꝰ. Tũc em̃ deficientes possũt
fugere et abscõdi et ꝑcutere hostes
ex latere et non videri. Nã victi fi
unt salui et victores nihil lucrantur
Spũaliter xp̃s dei filiꝰ est dies cuiꝰ
ratio esse potest qꝛ dũ sol est sup̃ ter
ram dies est.ita dũ xp̃s est nobiscu3
per grãm dies lucis ẽ. Ideo ip̃e ait
Ambulate dũ dies est. Et alibi Nõ
ne.12.sunt hore diei:et intelligitur
ibidem per die3 xp̃s.vnde Bernar. Ber

in meditationibus. Tu es dñe lucꝫ
dies et sol claritatꝫ eterne magnus
sine q̄ꝫtitate bonus sine qualitate.
Ideo nil nobis deteriꝰ potuisset cō
tingere tempore quo victoria fiebat
contra demones: q̄ꝫ ꝙ xp̄s in prelio
nostre salutis timuisset ꝓ nobis mo
ri vel ꝙ descendisset de cruce qꝛ tūc
hostes nostri. s. demones euasissent
manus eiꝰ. Captiui nr̄i qui erāt in
limbo si fuissent liberati ⁊ ip̄i demo
nes aduersarij nostri fuissent nos
aggressi. Ideo ipse suadētibꝰ iudeis
noluit de cruce descendere ne salus
Fig. nr̄a impediret. Fig. Josue. 10. vbi le
gimus ꝙ supra nature cursuꝫ sol su
per Gabaon stetit quousqꝫ Josue vi
ctoriam obtinuit contra amorreos
et captis regibus amorreorū et cal
catis collibus reguꝫ filijs israel. nō
recessit sol nec ꝺꝛ fuisse dies ita ma
gna ante nec postea adeo ꝙ filij is=
rael sꝑ diē illā habuerunt celebreꝫ
ob memoriā tante victorie Spiritua
liť Gabaō inťpretať vas mesticie
ꝑ quē s. audi naturā hūanā gemi=
tibus multis vallatā ante veri solis
illuminationem obsessa erat ꝑ prin
cipes amoreoꝝ. i. demonū. Nam a=
morrei interpretanť populi amari.
et sic oīs amaritudo inueniť in eis.
per Josue xp̄o q̄ interpretatur salua=
tor subaudi miaꝫ xp̄i. Nō ei nos sal
uauit iusticia nō sapiētia nō potētia
sꝫ sola mia. Nā ⁊ mia vsꝰ est cū nos
fecit ⁊ mia cū captiuos non redemit
vn̄. Cassio. sup illꝺ. ps̄. Misericors
Cas. ⁊ mi̅ator dn̄s. misericos est inquit
dn̄s cū creat. qꝛ nullis beneficijs ꝓ
uocatur vt p̄stet. Misericors est cuꝫ
recadentes sua pietate reconstruit:
Tempore igitur nostre reparatio=
nis quādo nos sua mia liberauit de
manibꝰ amorreoꝝ stetit sol. i. lux ve
ra que mundū illuminat indeficiēs
supra cursum nature. Cum enim na
turaliter quilibet mortē fugiat inq̄ꝫ
tum potest. ip̄e tamen christus non
dubitauit mori pro nobis nec voluit
de cruce descendere suadentibꝰ iu=
deis. vnde quasi impius factus est
sibiipsi vt nō semper esset pius Nō
deficit ergo stare et illuminare tene
bras mentis nostre quas contraxe=
rant per culpam primi nostri paren
tes donec soluto p̄cio et deleto pec
cato deficerent demones ita vt fide
les eius calcent super colla eorum
quorum prius captiui erant Sol igi
tur stetit in habitaculo suo. i. christꝰ
in cruce quousqꝫ facta ē victoria no
strorum hostium. ps̄. Nō cōuertam
donec perficiant. Hanc igitur diem
debemus mente et corde solenniter
celebrare quia hec est dies quam fe
cit dominus ⁊c. gratias scilicet agē
tes domino qui tanta pro nobis su= Aug
stinuit firmiter stans. vnde Augu.
in solilo. Domine dilexisti me plus q̄ꝫ
te quia mori voluisti propter me tā=
to precio reduxisti me de exilio. rede
misti me de seruitio: retraxisti me de
supplicio: vocasti me nomine tuo: si
gnasti me sanguine tuo vt memoria
le tuum semper esset apud me et nū
q̄ꝫ recederet a corde qui propter me
noluit recedere a cruce.

Hunc humiliat et hunc exaltat L
ps̄. 74. Nota ꝙ vna et eadeꝫ
potio seu medicina est aliquādo vni
egroto salus et alťi mors et hoc con
tingit ex diuersitate egrotantium e ꝫ
diuersos morbos patientium. pocio
nanqꝫ calida erit cura morbi frigidi
et calidi erit interitus: quia augebit
calorem et inualescente morbo na=
tura deficiet et subsequetur mors.
Spūaliter passio christi fuit medici
na optima ad sanandum languoreꝫ
peccati. Es. 53. disciplina pacis nr̄e
super eum et liuore eiꝰ sanati sumꝰ
sed requirebatur dispositio in reci=
piente. Nam aliquibus bene dispo
sitis fuit optima aliquibus nō ꝓfuit
ꝓpter infectā et deprauatā volunta
tem. vnde cuꝫ xp̄s in ligno crucꝫ pē

deret in medio latronum vt adimpleret qd scriptu est de ipo. Et cu ipsis deputatus est vnus illorum ad salutem sua medicina xpi recepit. eo q contritio et pietas cor eius disposuerat vnde meruit benedictionis voce audire. Al vero que nimiu vigebat impietas et iniquitas medicina hanc recipere nequiuit ad sanitatez
Fig. Ideo periit in pctis suis. Figura. Gen. 39. vbi legimus q cum Joseph innocés positus fuisset i carcerem postea missi fuerunt duo captiui cu eo quoz visionibus et sonnijs audi tis vni annunciauit supplicium seu patibulu. Alteri vo q regio conspectui restitueretur cum gratia. quod sic factum est. Spualiter Joseph innocens positus in carcerem xpz denotat sanctum in cuius ore dol9 no est inuentus affixum cruci atq latere perforatum. ps. Posuerunt in co pedibus pedes ei9 ferru pertransijt aiam eius. Duo igitur vincti quos Joseph secu in carcere recepit duos significant reos cum domino crucifixos. Aliter tn et aliter dispositos Nam vnus intentionem cordis nequa narrauit cotra dominum suuz insultu contumelie inferens verbis et odenat9 relict9 est eterno cruciand9 supplicio. Al vero dnm deuz suu ofitens et humiliter veniam petens igressu meruit paradisi Et sic idé dns vni salute tribuit Alteri vo mortem causa vite et salutis saluator fuit sed no dannato interit9 sed ipse dnationis sue extitit causa. vn
Leo Leo papa in sermone resurrectiois dni. vnus inquit erat latro mente et corpore prim9 alteri. alteri vicinus sed multuz corde diuisus pendebat xps in medio et tanq rex fulgebat Confitebat vnus et honorificabat al incredul9 blasphemabat iudex mox dictat vni sniam alteri vero porrigit indulgentia. hec Leo. Sed q
Leo rex xps homo no dixisse legit maledicenti hodie eris i iferno: sicut bndicenti dixit hodie mecu eris i padiso Nam maior fuit iniqtas maledicentis q bonitas bndicentis R ideo qz xps no vult morte pctoris: sed sep ipsum vt couertatur expectat. Penitenti vero nequaq scit indulgentia differre. Ideo licet modicu laborauerit dicendo scz memento mei dne dum veneris in regnu tuu: quia tn vidit hec verba ex corde contrito pferri dilatauit multitudine dulcedinis sue xps super eum nobis relinquens exeplu penitedi. vn Leo papa sermone supradicto. O mira rex couersio. latro credit latro de cruce ipetu fecit et intrauit paradisu trophea framea circudat9. O violent9 latro. O artificios9 effractor ipsum cubicularnu tenuit et p ipz ad paradisi interiora puenit.

Confusio patris est de filio indisciplinato. Ecclesi. 22. Inter W alia que deus magis abominat est iniuria filioz in parentes. Idcirco antiqtus lex pcipiebat dete p dete pede q pede et aiaz p aia. parentu iniuria graui9 puniebat: qz no solu pede vel manu punied9 erat q sic lesisset patre sz q maledixerit inquit patri vel matri morte moriat. vn Valerius libro. 1. Justissime quidem pa Val ri vindicta parentu ac deoru violatione expianda est. Spiritualiter. inter omnia nefandissima et abominabilia peccata que a mundi pricipio vsq nunc commissa fuerut. super omnia nefandum fuit scelus qd iudaicus populus in morte patris et redemptoris sui domini nostri Jesu christi commisit. Licet enim populus iste magna et horribilia peccata commiserit prius nullum tamen fuit flagitio isti simile quod aperte patet in dira correctione punitione q populo illi propter hoc scelus illata. Ideo lector: aiaduerte scriptuz Amos, 2. vba multu euidetia otra

ipsos: vbi sic d͛r. Sup̲ tribus sceleri
bus israel et super quattuor nō con
uertam pro eo qd̓ vendiderunt ar=
gento iustum et pauperē p̲ calcia=
mēt͡z. i. p̄cio calciamentoꝝ. Nota q̄
tria scelera iudeorum precesserunt
scel⁹ mortis xp̄i ꝓpter q̄ dure puni
ti fuerūt sp̲ tn̄ deus pepercit illis.
Nam primū scelus ab eisdem con=
missum fuit venditio Innocentis. ȝ
argēteis quos reduxit dn̄s tp̄e Io=
sue ꝛ Moysi de egypto. Scd͛ȝ scel⁹
fuit qd̓ promissionē factā patrib⁹ de
messia sub hoc nomine Dauid des=
pexerūt di. Nō est nobis pars in Da
uid nec in semine ei⁹ et fecerunt vi
tulos aureos quos adorauerūt di.
Isti sunt dij tui israel. ꝛc̄. Et ꝓpter
illud scel⁹ captiuati sunt a rege assi
riorum multo tempore. Inde tn̄ libe
rati sunt. Tertiū scel⁹ fuit q͛ diuer
sa colētes ydola imolabāt eis n̄ solū
pecudes sȝ ꝓprios infantes Eze. 33
Filios quoq̄ suos q̄s genuerūt mi
hi assauerunt sibi. Itē hiere. 7 Edi
ficauerunt aras tophet q̄ sunt i val
le filij hominū ad cōburēdum vl̓ as
sandos filios suos vel filias i igne
qd̓ non precepi nec ascēdit sup̲ cor
meum. Et in ps̄. d͛r. Et immolaue=
runt filios suos et filias suas demo
nijs. Igitur propter hoc scelus ter=
tium capta est ciuitas eoꝝ hierusa=
lē a rege Babilonis et occisi sūt filij
Sedechie regis in oculis patris. et
oēs principes iude iterfecti sunt et
multi gladio interempti sūt et reli
qui in Babilonē ducti sunt sub du=
rissima seruitute captiui Et rex eoꝝ
execatus est in eoꝝ captiuitate stre
titq̄ vinct⁹ vsq̄ ad diem mortis sue
reliquus vero populus. 70. annis
moratus est captiuus sȝ inde educti
sunt tēpore Esdre vt pȝ in. i. li. eius
ca. i. ꝛ. 2. Quartū vero scel⁹ fuit q̄
iustum xp̄ȝ patrē ipsoꝝ argēto mer
cati sunt. et p̲ inuidiam morti postea
tradiderūt sȝ ex isto scelere non con
uertit d̄ n̄s eos amplius. Nam iam
per annos ad Mille. 500. vel circa
fuerunt durissime captiuati nedum
in vna regione: sed vbiq̄ terrarū p̲
fugi et miseri exn̄tes ꝛ nullū h̄ntes
in mūdo refugium preter stragem
de his factā p̲ Titū et Uespasianū
vnde irreuocabilis sn̄ia cecidit sup̲
ceruices eoruȝ et quādiu iudei exti
terint: nunq̄ indulgentiā valeāt in
uenire Et attēde lector q͛ maior pe
stis illis est. q͛ induratū est insipiēs
cor eorum et obscurati sunt oculi eo
rum ne videāt. iō plaga crudeli ꝛ in
sanabili p̲cussi sūt. hiere. 30. Erit
vobis iniq̄tas hec sicut incorruptio
cadēs et requisita in monte vel mu
ro excelso qm̄ subito dū nō speratur
veniet cōtricio eius et comminuet̄
sicut cōminuit̄ lagena figuli contri
tione p̄ualida. et nō inuenieт̄ de frag
mētis ei⁹ testa in qua portet̄ ignicu
lus aut portet̄ parū aque de fouea.
Hoc totū adimpletū ē de populo iu
daico, tempore supradictorum impe
ratorum Titi. s. et Uespasiani q̄ su
bito circūdātes ciuitatē ipsam obti
nuerūt. finaliter etiā mortua infini
ta multitudine fame et ferro exter=
minata est eorum natio. Et tm̄ ag=
grauatum est pctm̄ ipsorum: vt non
inueniat̄ int̄ ipsos quisq̄ tante pro
uidētie q̄ in corde suo tm̄ de ignicu
lo luminis veritatis cōtineat vt pos
sit haurire modicū aq̄ rectitudinis
intellect⁹ sacre scripture: et vt cog
scas lector huius populi magnitudi
nem culpe ex peccato cōmisso in p̲=
prium creatorem et p̄rez. Attēde et
considera q̄ȝ crudeliter hāc culpā ꝛ
culpe flagella in posteros suos in=
duxerūt. q̄n furētes dicebāt. San=
guis eius sup̲ nos et super filios no Aug
stros. Super quibus verbis. Aug.
in ser. resurrectionis dn̄i sic ait. cru
delis sub talis sn̄ie impietas iudeo
rum q̄ facinore suo nō solum p̄ntes
liberos dānat sȝ etiā nō natos occidit

Quãtos enim hanc vocẽ ad cõsciẽtiam facinorosi vocant q̃s sñia crimi nis nõ tenebat. Crudelis inquit im pietas q̃ posteros ante in reatum vocat q̃ pducat ad lucẽ vt prius futuris contingeret peccare q̃ viuere. Cruenti plane genitores qui ante facti sunt parricide q̃ parentes. Potest ꝙ de plano ex superioribus concludi ꝙ scelus quartũ grauius fuit precedẽtib⁹ omnib⁹. vt indicat grauis atq̧ dira sñia lata sup populũ iudeorum presentem. scꝫ et futurum propter illa q̃ in pr̃em dñm commi
Fig. serunt. Fig. Gen. 9. vbi legimus ꝙ post diluuium Noe plãtauit vineam que magna illi⁹ cult⁹ sollicitudie cre scẽs vinũ pduxit. q̃ q̃dã inebriat⁹ Noe iacebat in terra quẽ cham fili⁹ ei⁹ aspiciẽs vocatis duob⁹ frib⁹ suis Sem. s. Japhet ostẽdit illis patris verenda atq̧ illum deridebat coram illis di. Ecce pater nr̃ ebrius est et similia. Sed horrẽtes fratres duo supradicti ignominiam aspicere expoliatis pallijs proprijs cooperuerunt ipsum dormientem. Digesto igitur vino post dormitionẽ surrexit Noe. quem nõ latuit id quod ei intulerat filius eius cham. Idcirco maledixit ei et fecit eum seruũ fratrum suorum vsq̧ in sempiternum. Spiritualiter p Noe qui interpretatur requies subaudi xp̃m in q̃ ẽ omnis requies obliuiscens laboris. hic ergo postq̧ per peccati diluuiũ eiecta est humana natura de paradiso ipse venit vt pius et bonus agricola hanc vineam de nemore inferni eripere et in terra salutis plantare. ps. Vineam de egypto transtulisti. ⁊c. Creuit hec vinea beneficio culture q̃ miraculis et pdigijs et mira doctrina ipsam cultiuauit. demũ experimens ex ipsa vinum in torculari crucis nimium gustans ac bibans vinũ charitatis et amoris: nudatis pedibus in cruce ebrius et abiect⁹ et ab omnibus derelictus quẽ filius chã. s. populus iudeorum aspiciẽs ondebat nuditatem eius alijs duob⁹ fratrib⁹. s. latinis ⁊ grecis di. Ecce rex iudeorum et multas illi conferẽs irrisiones sed hoc non ferentes depositis pallijs vetustatis ⁊ pfidie induerũt sibi fidẽ ⁊ cooperuerũt ignominiã patris di. Uere fili⁹ dei erat iste. Post resurrectionẽ igitur exurgẽs dñs tanq̧ potẽs crapulatus a vino et maledixit huic populo et fecit ipꝫ seruum fratrum suorũ in se et in posteros natos vt supi⁹ est expressum: quia misit romanos q̃ eos durissime punierũt. vñ Glo. super illud Eccl' 3. honora patrem tuũ vt supueniat tibi bñdictio. sic ait heli sei caluiciũ pueri irriserunt ⁊ duorꝫ si de saltu ex eis. 42. laniauerũt: qꝛ stulticia iudeorum in caluarie locũ xp̃m irrisit. sed. 40. anno post ascensionẽ ei⁹ duo vrsi. s. Uespasianus et Titus de saltu gentiũ egressi illusores seuissime laniauerunt

INfer digitum tuum huc Joannis vigesimo No. ꝙ homo N
consueuit libenter illud opus facere in quo est labor modicus et lucrũ magnum naturaliter enim hoc homines appetunt. Ideo cognantur proprios filios talem artem docere Spiritualiter Anteq̧ christus op⁹ nostre salutis operaretur totum humanũ genus ponẽs humeros suos sub onere afflictionis et pene nõ poterat quicquam lucrari ad celestem pertinens beatitudinem. omnes eñ deficiebant sub onere. sed veniens christus qui omnium onus portauit facile a deo opus nostrum fecit ꝙ non oporteret nisi ꝙ digito tangamus Et sit ꝙ per hoc lucramur celeste regnum. Ipse enim manibus suis operatus est fortia. Sed qꝛ ipse fragiles nos esse cognoscit. vult ꝙ solũ tãgamus digito vbi ipse ambas manus apposuit. Sed no. ꝙ diabolus

mundus et caro opposita semper faci
unt. Nam ipsi imponunt hoibus one
ra grauia et importabilia que digito
tãgere nolũt. Imponũt enim hũeris
pctõrum ac seruorum suorum inferni
supplicia que sunt intollerabilia hu
manis viribus et minimũ digitũ neque
unt extendere pro hominũ refrigerio
in tormentis. Plorabat enim diues il
le mũdi filius guttã aque extremi di
giti dũ esset in gehenna et obtinere
nequiuit. et tñ tm̃ seruierat mundo
ventri et diabolo. xps igitur in ope
appositionem tui digiti querit. vult
tñ vt manum tuã ponas in latus suũ
vt cognoscas quantum dilexit te. qd fa
Fig. ciens beatus eris in celo. Fig. Leui.
6. vbi dicit quod qui tangebat carnes
sacrificij: vt puta agni vel vituli oc
Ori. cisi sãctificabat. Super quo dicit.
Orige. quod non poterat hoc ad litterã
intelligi vt quis fieret sanctus tactu
carnis aialis occisi: sed hoc oportet
allegorice de christo occiso et pro no
bis oblato intelligi vt si quis carnem
eius occisam et oblatã in altari cru
cis corde et mente perfecte munda
bitur et sanctificabitur. portare er
go debemus stigmata eius in corde
quod dulce est et leue que pro nobis
ipse portauit i corpe qd amarissimũ
et graue est. et sic sanctificati lucra-
bimur regnum vt sicut christiani vo
camur ita et ipsum sequamur vt ab
Hie. eo sanctificemur. Hieroni. ad Pau
lum. Christus sanctificatio est sine
qua nemo videbit faciẽ dei: xps re-
dẽptio et preciũ. xps oĩa est. vt que
propter ipsum oia dimiserit vnũ inue
niat omnibus vt possit libere clama
re pars mea dominus dicit anima
mea.

O
Parasti in dulcedine tua pau-
peri deus. ps. 67. Quantum
sit bonum et qd valeat oppositum co
gnoscitur opposito precedẽte non enim
cognoscitur dulcedo: nisi in amaritudi
ne. nec amaritudo, nisi in dulcedine
et ita cognoscitur bonũ melius post
malum et sic in hoc veritatem habz
qd phs ait. s. opposita iuxta se posi-
ta clarius elucescunt. Spiritualiter
christus dulcedo benignitas et cle-
mentia optime cognoscitur a nobis
si precedentem amaritudinem con
templemur. Tanta enim erat ante xpi
aduentum et ante eius passionẽ ama
ritudinis plenitudo circa genus hu
manum propter primorum parentum
peccatum: quod nemo poterat eam gu
stare sine morte. Ideo plorabat hu-
mana natura Trẽ. 3. Inebriauit me
absinthio sed veniẽs xps portare
nostram amaritudinem adeo vnxit
vt omnia dulcia remanerent. Et si
quis tentauerit modo gustare et cõ
parare presentem dulcedinem volu
erit precedenti amaritudini dicet.
Ecce in pace amaritudo mea ama-
rissima. Fig. Exo. 15. vbi legimus quod Fig.
recedẽtes filij israel de egypto am
bulantes per desertum tribus diebus
steterunt sine aqua et erant gemen
tes pre nimia ariditate. Uenerunt
igitur ad quendam locum qui voca
tur Marath et inuentis aquis ama
rissimis de quibus bibere non pote
rant dolor in ipsis renouatus est.
Et dicit magister hystoriarum quod do
lor aque amare inuente superabat
primum dolorem. Sed ostendit dñs
Moy. lignum qd vt dicit idem mgr
erat mire amaritudinis. Et poni fe-
cit illud in aquis et in dulcedinẽ ver
se sunt. Precepit insuper Moyses ali
quibus de fortioribus Israel. vt dicit
magister quod supficiẽ aque haustam
proijcerent. Et postmodum circun-
ducerent aquã remanẽtẽ vt dulco-
rem melius retinerent. Spiritua. per
filios israel subaudi humanũ genus
qd de egypto eduxerat et de nihilo
creauerat Sed deo inobedientes ef
fecti venerũt in marath. quia trãslati
de gloria et honore quibus erãt corona
ti ad amaritudinis penã atque dolo-

ris reducti sunt vbi ariditate gratie presidii deficiētes plorātes et vlulātes clamabant. sed tertia die ostendit dñs lignū Moy. qꝛ precedētibꝰ duobus diebꝰ nature ꝛ legis in tertia die. s. in tēpore gratie deꝰ pater ostēdit lignū crucis filio suo. qḋ fuit lignū summe amaritudinis quo posito in aqua nr̄e penalitatis et doloris conuersa est in melliffluam dulcedinem. ps̄. Conuertisti planctum meū in gaudiū michi. ꝛc̄. Et iussit moyses per fortes israel hanc aquā circunduci sed proijcere superficiē qꝛ xp̄s per sanctos apostolos et p̄dicatores precepit duci per circulum mūdi fidem passionis sue in aquam baptismatis sacrā p̄dicādo scripturam. ps̄. In omnē terrā exiuit sonꝰ eorum. ꝛc̄. Sed debet proijci superficies qꝛ litteralis expositio non est dulcis. Illa em̄ exclusa patebit dulcedo magna et oīs quā hic patimur amaritudo: hac gustata dulcedine dulcorabitur. Unde Augu. in solilo

Aug Omnia michi peto vt amarescāt vt tu solꝰ dulcis appareas anime mee q̄ es dulcedo inestimabilis per quē omnia amara dulcorantur. Tua ei dulcedo craticulam Laurentio dulcem fecit. Tua dulcedo Stephano lapides torrentes dulcorauit. Tua dulcedine ibāt apostoli a cō. con. q. di. habiti. ꝛc̄. Ibat Andreas securꝰ ꝛ gaudens qm̄ ad tuam dulcedinē properabat hec vtiqꝫ dulcedo ipsos apostolorum principes sic repleuit vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret. Alter vero caput ferientis ferro supponere nō timeret Per hāc em̄ Bartholomeus pellē dedit. pro hac gustanda venenum poculū Johannes intrepidus potauit. hāc gustauit Petrus: et inferorum oblitꝰ clamauit ꝛ quasi ebrius dixit. Domine bonum est hic nos esse faciamus tria tabernacula. ꝛc̄. hic moriamur ꝛ te cōtemplemur. sufficit tantem dulcedinē contemplari: vnam stillā dulcedinis iste potauit: et oēm aliam dulcedinē fastidiuit Quid putas fuisset si magnam illam dulcedinis tue diuinitatꝫ multitudinē gustasset quam abscondisti timentibꝰ te.

Sume tibi librum grādem Esa. 8. Anteqꝫ liberꝰ sit plene completus. 7. per ordinem requirūtur. Primo nāqꝫ scribitur. Scd̄o scriptꝰ manifestat. Tertio corrigit. Quarto ligatur. Quinto punctatur. Sexta miniatur. Ultimo super pulpitū extēsus legēdus astātibꝰ exponitur Spiritualiter christus dei filius est liber ꝛ presciētia patris ꝯtinēs oēs predestinatos. Apoc. 20. Et alius apertus est qui. ꝛc̄. ꝛ in ps̄. Et in libro tuo omnes scribentur. s. saluādi Quos vero scriptura huius libri nō habet a regno dei penitus excludētur Apo. 20. Qui non sunt inuenti scripti in libro vite missi sunt in stagnum ignis. priꝰqꝫ igitur iste liber posset legi supradicta omnia in hoc libro sunt facta. Non enim poterat scriptura huius libri executioni mādari nec poterant in eo scripti beatificari nisi prius in hoc libro fieret supradicta. Primo igitur iste liber fuit scriptus in mente patris. s. predestinatus ab eterno saluator et redemptor noster vt pro nobis pateretur et solueret precium nostre redemptionis. Math. 26. ꝛ Luc. 22 Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Secundo fuit manifestatus. s. per discipulum proditorem. Math. vbi. s̄ Quencunqꝫ osculatus fuero: ipse est tenete eum etiam manifestauit seipsum di. Si me queritis ego sum. postmodum liber iste correctus fuit a pilato. Nam post flagella recepta in domo. Cayphe nocte castigatus fuit a pilato i p̄torio eiꝰ. ps̄. Ego fui flagellatꝰ tota die ꝛ castigatio mea in

matutinis. Quarto fuit ligatus qñ
.s. pedibus ⁊ manibus cruci fuit affi
xꝰ. Quinto fuit pũctatꝰ qñ .s. vnꝰ
miles lancea latus eius aperuit.
Sexto fuit miniatus qñ .s. corpus
eius cruore ꝓprio perfusuz vndiqꝫ
tinctum erat Esa. i. A planta pedis
vsqꝫ ad verticem capitis nõ ẽ in eo
sanitas. Ultimo liber iste sic scriptꝰ
ligatus punctatus. ⁊c. expositus est
sic in pulpito crucis et extensus est
vt quilibet ibi in eo posset legere.
Et nota ꝙ triplex lectio ibi lecta fu
it q̃a ibi legit maꝝ dolores atqꝫ an-
gustias inestimabiles. Tre primo
O vos omnes qui transitis per viã
attendite et videte si est dolor sicut
dolor meus. Aliam lectionem cãta
bant sancti in lymbo. Apo. 5. Uigin
tiquatuor seniores habẽtes singuli
citharas et cantabant canticum no
uum dicentes. Dignus es domine
⁊c. Et in ps̃. Cantate domino can
ticum nouum quia mirabilia fecit
dominus. Tertiam lectionem cãta
bant seu legebant demones afflicti
onis et luctꝰ qꝛ expoliabantur et ex
Gre. terminabantur. vñ Greg. Nazãze
nus in quodam sermone resurrectõ
nis domini. Dicebant inde demo-
nes. O crux illa fallens gaudia no
stra et parturiens dãna nostra. Per
lignum ditati sumus: per lignum ec
ce subuertimur. periit potestas illa
cunctis semper populis formidan-
da: nullusqꝫ sub cede nostra palpi-
tat. Sed quod est gemẽdum magis
insultat. Nunc antiqui fletus fluxe
re. nec nullus resonat vlulatꝰ. hoc
Fig. idem Figura. Eze. 2. vbi legimꝰ ma
num ꝓphete missã in qua erat in-
uolutus liber qui erat scriptus intꝰ
et foris et scripte erãt in eo lamẽta
tiones carmẽ et vhe. Spiritualiter.
liber iste christus erat vt dictum est
sed in eo quod dicitur manus pro-
phete missa librum continens. debꝫ
intelligi prophetia ⁊ noticia diuini
tus inspirata est prophete cuius in
tellectus continebat christum pas-
surum et moriturum pro nobis. tri-
plex autez libri scriptura tria supra
dicta a diuersis ibidez lecta signifi
cat. Nam scripte erant in eo lamen
tationes virginis quas in eodem li
bro Simeõ antiquitus legerat atqꝫ
virgini predixerat. Luc. 2. Et tuaz
ipsius animã pertransiuit gladius
Scd̃a scriptura dr̃ carmẽ qd̃ dicit
canticũ leticie. Et illud fecerunt sã
cti in die illa. ps̃. hec est dies quam
fecit dñs. ⁊c. Tertia vero scriptura
fuit vhe. quod dicitur vel sonat ex-
tinctio gaudii quod recte de inferna
libus portis intelligi debet vt expo
situm fuit supra. posset etiam de iu
deorum perfidia non immerito ex-
poni cuiꝰ leticia totaliter fuit extin
cta. vt satis in superioribꝰ patz Igi
tur si nos velut boni scolares lege-
rimꝰ in hoc libro scripturas eius me
morie commendantes percipiemus
ibi nostre salutis normã Bernar. in Ber.
sermone. Attende me pendentem
in cruce. caput inclinatum ad te sal
uandum. os clausum ad te osculan-
dum. brachia extensa ad te ample-
xandum. manus perforatas ad tibi
largiendum. pedes affixos ad te ex
pectandum.

HIc est filius meus dilectus in Q
quo mihi bene cõplacui Mat.
17. Quando pax componitur inter
duas partes quarũ vna reliqua est
debilior consueuit pars impotẽtior
a potentiore securitatem aut obsi-
dem postulare. vt si contingeret e-
os per gentem potentioris partis
quicqꝫ molestie pati haberent su-
per obsidem regressum. Spirituali
ter. inter diuinam et humanam na-
turam guerra et discordia grandis
fuit atqꝫ mortalis. sed natura diuia
erat incõparabiliter potẽtior natu-
ra humana qꝛ diuina erat eterna et
immortalis supma ⁊ oĩps. hũana vo

corruptibilis mortalis misera ⁊ deie cta. Ideo male sibi de hac contingebat lite. qr quot campum certaminis ex hac parte intrabant tot dire mortis subdebāt sentētijs. ps. Quis est homo qui viuit ⁊ non videbit mortē ⁊c. Sed adueniente temporis plenitudine quãdo tractabatur pax inter vtranque partem ne natura humana posset de diuina diffidere nec timere misit deus dilectum filiū suum obsidem ⁊ quasi in pignus dedit eum generi humano. vt si quid molestie fieret hominibus pateretur eius filius Uenit ergo compositor pacis vtriusque partis mediator: vnicuique tribuēs sm̄ generis sui dignitatē. vn̄ cū exigeret diuina iusticia ab humana fragilitate emendã primorum parentum de peccato sacrificium et oblationem efficientem: mox sup hunc mediatorem habitus est regressus et obtulit eum vtraque pars. Et factū est ex ipso sacrificiū placationis. Figura. Gen̄. 22. vbi legim⁹ q̄ cū in semine abrahe deberent omnes gentes benedici p̄cipiente dn̄o tulit Abraam vnigenitum filiū suū quem diligebat Isaac et impositis sup eum lignis olocausti duxit ad quendã montē et cum ligasset ipsum et vellet vibrare gladiū in ipsum vt eum sacrificaret dn̄o: ostēsus est ei aries quē occidit ⁊ immolauit dn̄o. ⁊ reputatū est ei hoc ad iusticiam ⁊ facta est in semine eius benedictio. Sp̄ualiter. exigēte diuina iusticia vt dictum est vindictã de peccato vt p illo fieret deo olocaustum acceptum. Impositum est lignū crucis sup christū: ⁊ ductus est in mōte caluarie vbi aries .i. caro eius oblata est natura diuina nequaq̄ moriē te ⁊ hoc reputatum est ad iusticiam qr integre satisfactū est diuine iusticie ⁊ humano generi reddita est eterne benedictionis hereditas. ⁊ deo p ipsum ⁊ in ipso mediatore nostro firmata est pax. ⁊ ille qui prius nos tã crudeliter impugnabat fact⁹ est defensor ⁊ pater noster benign⁹. Aug. in solilo. Dn̄e per filium tuū dilectū in quo tibi bene complacuit consubstantialem tibi ⁊ coeternū christum Jesum vnicum dn̄m et redemptorē nostrum habemus aduocatum apud te qui est lumen oculorum nostrorum: vita ⁊ salus et vnica spes nostra. qui dilexit nos magis q̄ se. per quem habemus fiduciam repositam ⁊ firmã spē apud te et accessum veniēdi ad te quoniam ipse dedit potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. hec Augustinus. Aug

Operuerunt fluctus ei⁹. ps. 106. R.

Inter omnia presentis vite formidanda nil terribilius humano sensui maris tempestate: quoniã illa neque vi, neque ingenio sapiētis placatur vn̄ si tunc temporis homines i ligno debili inueniant se modicum videntur distare a mortuis. Idcirco videm⁹ q̄ nichil ē eis merces i mari p̄ijcere vt saluent. Sp̄ualiter. ãte christi aduentū tãta in hoc mari magno et spacioso tempestas fuit: vt omēs ibi trãseuntes vnda sceleris absorberet ps. Ueni in altitudinē maris ⁊ tēpestas demersit me. Nam nauis nostra inueterata peccato adeo fracta erat q̄ nullo mō valebat subsistere: nec valuit ei q̄ merces cerimonialiū antiquarum daret p ipsius alleuiatiōe quoniã nō poterat tali alleuiatione attingere ad portum. Sed detēta in pelago passa est naufragiū quousque christus veniēs se contra hanc tēpestatem opposuit et ipsam sedare sua morte dignat⁹ est. Figu. Jone. pmo. Fig. vbi legit q̄ cū nauis periclitaret p̄iectis primo mercibus in mare non quieuit tēpestas. Tunc sorte missus est Jonas in mare et quiescente tempestate nauis puenit ad portū. Spiritualiter. p tēpestatē maritimã subaudi peccatum supbie. ratio est: quia tumor maris q̄nto alti⁹ nauem eleuat

tanto amplius illam versus fundũ
eijcit. sic sup̱bia. Quãto em̄ ampliꝰ
primos hoies versus celsũ ambitio
ne sustulit. tãto amplius vsq; ad ifer
num deiecit. ps̄. Ascēdũt vsq; ad ce
lum: et descēdunt vsq; ad abyssum.
Per Jonã vero christum subaudi: ꝑ
triplicē Jone interpretationē: inter-
pretatur em̄ columba donatus et do
lens. per oēs em̄ has interp̄tatiōes
notat̄ christus. Nam ipse fuit purꝰ
⁊ sine peccato. Can. 5. Dilectꝰ meꝰ
candidus ⁊ rubicũdus. Jpse fuit no
bis donatus in preciũ nostre redem
ptionis. Esay. 9. Paruulus natꝰ est
nobis: ⁊ filius datus est nobis. Fuit
etiã dolēs. Esa. 53. Desideramꝰ vi-
rum dolosum ⁊c. hic igit̄ forte mis-
sus est in mare vt sedaret̄ tēpestas-
vnde sicut Jonas se obtulit ꝓijciē-
dũ in mare ꝓ salute nauis: ita chri-
stus se obtulit ꝓ liberatiōe humane
nature. Et nō. ꝙ ꝯgrue sors cecidit
sup̱ eum: qꝛ ip̄e est ars ⁊ sapiētia pa
tris. Nam ꝑ eandē artē vas nouum
cōstruit̄ ⁊ reparat̄ fractuꝫ. Si ergo
oīa per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso
factũ est nichil. oīa destructa ꝑ ip̄m
erant merito reparanda. Jdeo cũ di
uina sapiētia forte quereret. Esa. 6.
Quem mittã ⁊ q̄s ibit? Jpse filiꝰ re
spōdit. Ecce ego mitte me. Que ver
ba itelligi debēt sic s̄m Ber. vt filiꝰ
patri humano compatiēs generi di-
cit. Ecce pater ꝑ me creasti oīa. An
gelos in celo fecisti: vnuꝫ pre ceteris
rutilanteꝫ. Cedri nō fuerũt altiores
illo i paradiso dei. Jlle nãq; debilis
cũ suis adherētibꝰ ꝑmanet irreme-
abili cecitate ꝑcussus. Saluari .n. et
redimi non debent: qꝛ eorum sup̱bia
crescit. Fecisti pater similit̄ ⁊ homi-
nem quē in delitiarum paradiso col-
locasti: sed ecce a serpēte suasus deli
quit. ⁊ nichilominus penitens perse
uerat in carcere. Quis amplius pa-
ter de nationibꝰ implebit ruinas: et
loca paradisi vacua. Nunquid tibi
cure erit de bobꝰ: aut de pecudibꝰ:
et iumētis. Si em̄ tenebrarum prin-
ceps ⁊ filij diffidentie irrecuperabi
les sunt. hō tñ restaurari potest q̄m̄
humiliatꝰ est nimis. angeli enim al
titudini mee petierunt equari ꝑ su-
perbiam. homo ꝓ sapiētiam meam
indebite affectauit: vt ergo sciãt gē
tes: qꝛ diligo patrē: ⁊ vt per me reci
pias qđ ꝑ me lapsum videtur. si hec
tēpestas ꝑ me orta est: tolle ⁊ ꝓijce
me i mare. hec Ber. in s̄mo. de aduē
tu. Jgitur forte proiectus est Jonas
in mare: quia christus s̄m dei p̄desti
nationem descēdit in hunc munduꝫ
in quo sedauit tempestatem pene no
stre: portans et sustinens q̄ ob culpã
portare debebamus. Job. 38. Circũ
dedi mari terminos: posui vectes ⁊
ostia ⁊ dixi hucusq; venies et nō ꝓ-
cedes amplius. Sed hic confringes
tumentes fluctus tuos: christus em̄
terminum nostre penalitatis posuit
quãdo cruciꝫ ⁊ clauoꝝ ⁊ lãcee suppli
ciũ in suo ꝑtulit corpore. Jn quo cō-
fracte sunt om̄es maris vnde vt ho
mines ampliꝰ nec submergerent̄: sed
silerent amoto fluctu eiꝰ: ⁊ nos deo
patri recōciliãs ad eterne beatitudi
nis ꝑduceret portuꝫ. vnde Ansel. in Ans
meditatione humanitatis christi. hic
est inq̄t dn̄s nr̄ Jesus christꝰ ⁊ sal-
uator vnigenitꝰ dei filius verꝰ deꝰ:
verus hō: qꝛ solus sub sole iuētꝰ est.
Jste formosus in stola sua q̄ꝫ defor-
mis pre filijs hominũ factꝰ est. Siq̄
dem vulneratꝰ est ꝓpter iniq̄tates
nostras: ⁊ attritus ꝓpter scelera no
stra. factꝰ olocaustũ suauissimi odo-
ris in cōspectu tuo pater eterne glo-
rie vt auerteret indignationeꝫ tuam
a nobis ⁊ consedere nos sibi faceret
in celestibus. hec Anselmus.

Sitiuit anima mea. ⁊c. ps̄. 41.
Naturaliter homines morti ap S
propinquantes consueuerunt sitire.
Et ratio potest esse: quia sanguinis
effusio reddit corpus siccum ⁊ mor-

tis terror arefacit cor. Idcirco homi
nes cõsueuerunt in tali puncto potũ
postulare. Inter alia q̃ christus tẽpo
re sue passionis sitiuit. fuit salus ge
neris humani: licet vt verus homo
propter sanguinis effusionẽ corpo-
raliter sitiret. Sed negata est gutta
aque illi qui fecit fontes aquarũ: et
Fig. qui de petra ꝓpter populũ sitientẽ
educta aqua potauit. Figu. 4. Re.
prout recitat magister hystoriarum.
vbi dicit ꝙ Manasses qui regnauit
in hierusalem fecit malũ in ꝯspectu
dei. Nam ydola que dissipauerat pa
ter eius erexit et multa alia peccata
fecit de quibus cum Esayas ꝓpheta
reprehenderet ipsum: fecit illum eijci
extra ciuitatẽ hierusalẽ et ibi lignea
serra secari. Et dũ sic secaret̃ ⁊ esset
in angustia sitis petiuit aquam ⁊ ne
gauerũt ei illã. Et tũc dñs de subli-
mi misit aquam in os eius et expira
uit. nec adhuc carnifices destiterũt
a seccatione. Spũaliter. p Esay. qui
interp̃tatur salus dñi no. christum q̃
venit missus a pr̃e vt oẽs saluos fa-
ceret. Igit̃ cũ videret populũ iudai
cũ seu phariseoꝝ collegiũ cupiditati
et auaritie deditum que sunt ydolo-
rum seruitus que pater eoꝝ: scz de⁹
p Moy. ꝓhibuerat arguebat ipsum
dicẽs. ꝓgenies viperarũ. ⁊c. Ideo
ipsum captum atq̃ ligatũ duxerũt
extra hierusalẽ ⁊ lignea cruce crucia
rũt. Et cũ bibere peteret negauerũt
creatori quod nõ negabãt malefacto
rib⁹. vñ aduerte lector ad id qd se
quit̃. legit̃ enim i quodã hebreoꝝ vo
lumine nomine zandril: ꝙ ꝯdẽnat⁹
iudicio ingressurus ad mortem pota
batur optimo vino in cypho cum pul
uere incẽsi vt inebriat⁹ ⁊ alienatus
sensib⁹ minus sentiret mortẽ. ⁊ hoc
accipiebãt iudei de libro ꝓuerbio-
rum Salomonis. 31. vbi scriptum est
Date inebriatiuum ꝑdito: et vinum
ei q̃ amaro est animo. Mulieres v̄o
honeste erant in hierusalem que ex
charitate sponte mittebãt vinũ hoc
condemnatis et qui mori debebant.
Cum igitur hmõi mulieres tempore
mortis christi parassent tã ꝓ christo
q̃ȝ pro latronibus vinum bonum: iu-
dei illud biberunt. ⁊ loco illius ꝓpi-
nauerũt christo vinũ corruptũ: scilz
acetum cum puluere mirre q̃ est sum
me amaritudinis. Ideo vocat⁹ est po
tus iste acetum felle mixtum: vt exp̃
meretur eius amaritudo. Et hoc est
quod populo iudaico improperatur.
Amos sc̃do. vbi scriptum erat. vinũ
damnatorum bibit israel ⁊ dei eorũ.
Quem textum iudei maliciose ⁊ cal
lide mutauerũt remouẽtes inde. Et
dei eorũ. ⁊ loco eius addentes in do
mo dñi dei eorum. Et simile fecerũt
in multis alijs scripture partib⁹ vel
locis in quib⁹ viderunt de christo ex
pressiorem fieri mentionẽ. Sic igit̃
dño dederũt iudei: vt dictũ est: ace
tum cum felle mixtũ. vt impleret̃ il-
lud ꝓphete dictũ. dederunt in escã
meam fel: ⁊ i siti mea potauerũt me
aceto. Ansel. in meditatione huma- Ans
nitatis christi. Sed cruci honore dor-
sum incuruare iubemur ⁊ suaȝ ipsi⁹
portare christi miseriã ad locum de-
ductus supplicij mirra potatur ⁊ fel
le ⁊ cruce subleuat̃. Et dicit. pater
mi: dimitte illis: qr nesciũt q̃d faciũt
Sed pater de celo illũ potauit fonte
ad quem sitiebat: vt scilz pficeretur
humana salus. Idcirco ait. Consum
matum est. Et patri tradidit spiritũ.
August. in s̃mo. 33. sup Joh vidit er Aug
go quia consummata sunt oĩa que
oportebat vt fierẽt ⁊ consummaren
tur que scriptura p̃dixerat. Et i siti
mea potauerunt me aceto. Sitio in-
quit tanq̃ȝ si diceret. hec minus feci
stis: qd daturi estis. Cum accepisset
acetum Jesus dixit. Consummatum
est. Quid per hoc nisi quod prophe
tia predixerat tanto ante. deinde qr
nil remãserat qd anteq̃ȝ moreretur.
fieri adhuc oporteret. Tanq̃ȝ ille q̃

potestatem habet ponendi animam suā et sumēdi eā i eternū. Peractis omnibus q̄ vt peragerētur expectabat inclinato capite tradidit spiritū. Hec Augustin⁹. Sed attēde lector qđ dictum est de carnificibus pphetam secantibus: q2 nequaq̄ desiterunt tormenta inferre propter qđ signa dederunt que de messia viderūt Sic israelitic⁹ popul⁹ non recessit a perfidia ob tanta ostēsa prodigia et in vita et in morte christi. In vita nāq̄ signa ⁊ pdigia demōstrauit que
Ans nullus posset facere nisi de⁹. vñ Ansel. in meditatiōib⁹ humanitatis xpi. venisti ad nos inquit diuini ꝟbi lāpas extollēs ad illuminationē orbis terrarum et regnum dei annunciās cūctis obtēperātib⁹ verbo: sermonē sequētib⁹ signis ↄfirmasti. virtutem diuinitatis ostēdisti cūctis male habentib⁹ oia omnib⁹ gratis exhibens que saluti ipsoꝝ ↄgruerēt vbi oēs lucri faceres. In oibus his nō est auersus furor ei⁹: sed obscuratū cor insipiēs eoꝝ: ⁊ ꝓiecerunt ꝟmones tuos retrorsum. nec attēderunt ad omnia mirabilia tua. hec Ansel. Ad signa vero q̄ in morte dñi sunt ostēsa minime attēderūt: q2 obscurati erāt oculi eoꝝ ne viderent. ps. Signa nostra nō vidim⁹ ⁊ tñ hec signa cognouerūt elemēta muta et fuerūt in his stupore repleta. vñ Leo pa. in ꝟmo. resur
Leo rectōis dñi. Ruit inqt subito nox media die ⁊ mortē dñi omnis creatura ne videret effugit. Texit faciē suam lugubre omne celū: totus orbis tenebus obuolut⁹ occultauit vultū suū ne videret in cruce dñm sui. Elemēta ipsa turbanꝫ et rugiunt: saxa rūpunꝫ: sepulchra patescūt: mortui reuiuiscūt. Factum est in terra chaos. Timet omnis natura periculū: ⁊ iudea pficit parricidiū. hec leo papa.
T Cum exaltatus fuero a t̄ra oīa trahā ad meipsum. Jo. 12. Nota q attractio fit a tribus: scilꝫ a calido: vt patet de vaporib⁹ a calore solis. Fit a vacuo: vt patet de locatis et locis. Fit a simili: vt patet de morsu scorpionum et serpentū. Spūaliter. istis tribus modis christ⁹ benedict⁹ traxit nos ad se et sanauit a peccato Nam primo nos traxit p calorē sue charitatis. Sciētes em̄ calorē sue dilectionis depositis mundi: atq̄ carnis pōderib⁹ leues efficimur ⁊ ascēdimus ad vapores solis radiis exsiccati vsq̄ ad sperā amoris illius: vbi succēdimur ⁊ ignimur ⁊ inseparabiliter eidem ↄiungimur. vñ apostol⁹ ad Rō. 8. Quis nos separabit a chaℓritate christi? Scđo attraxit nos a vacuo. Dicūt philozophi q celū poti⁹ descenderet q̄ q natura vacuū pateretur quicq̄ esse i terra vel alibi. Et deus hāc cōditionem voluit seruare quia ne esset in celo dare vacuū voluit: vt terra. i. humana natura superius ascēderet ad supplendum angeloꝝ ruinas. ps. Judicabit nationib⁹ implebit ruinas. Attraxit nos a simili: q2 venit in similitudinē carnis pcti: nullū tñ habēs peccatū: sed induit nostrā mortalitatē vt sue diuinitatis nos faceret esse participes. Ergo videntes nobis similē factum saluatorē nostrū qui nobis prius intantū erat dissimilis vt nos vndiq̄ ob culpam nostre turpitudinis perīre quereꝫ. Sequamur eū ⁊ intueamur tanq̄ signū nostre salutis ⁊ medicinā aiaꝝ. ⁊ saluabimur. Fig. Nume. 21. de serpēte eneo quē Moyses suspendit in ligno. Cum em̄ illum filii israel intuebanꝫ saluabanꝫ a morsibus serpētū maioꝝ. similitudinē habebat venenosi serpētis. venenosus autē nō erat. Spūaliter. christ⁹ mūdus et purus ab omni pctō fact⁹ tñ mortalis ⁊ nobis pctōrib⁹ quodammodo similis suspensus est i ligno: vt ipsum aspiciētes oculis charitatis ⁊ fidei ab omnibus peccatorum morsibus liberētur. Sicut genus huma Fig.

num de morsu dire mortis i sua passione et morte penit⁹ liberauit. vnde
Aug August. sup Joh. mordebant hoies intuebant saluabant. Quid sūt serpētes mordētes nisi peccata de mortalitate carnis? quid est serpēs exaltatus nisi mors dn̄i in cruce. q2 est a serpēte mors / a serpēte figurata est mors morte christi. mors mortua est q2 vita mortua occidit mortē: pulchritudo vite deglutiuit mortem. Jte rū modo fratres vt a pctō sanemur christum crucifixū intueamur quomodo qui intuebant illum serpentē morsibus nō perībāt serpētiū: sic q̄ intuētur fide mortez christi sanant morsibus peccatoruz. Sed illi sanabant a morte ad vitā tēporalē. hi autem vt habeāt vitā eternā. hoc eīm interest inter figuratā ymaginē. et rem ipsaz figura prestabat vitā tēporalem. res ipsa cuius figura erat. prestat vitam eternam. hec Augustinus.

u Aperuit latus eius. Joh. 19. Fugientes mortales inimicos si qn̄ q3 venirēt ad domum vel castrum in quos pararēt presidiū et ostiū pspicerēt contra se clausum p qd illis esset intrādū nichil eis pfuisset eorum fuga. Cū vo patet illis aditus salui fiunt. Spūalr. ante christi aduētū clausa erat paradisi ianua. Jōctūcūq3 patriarche et pphete et antiq patres fugerēt vicia et pctā et per sancta opa festinarent ad celū: q2 tn̄ ostium clausum erat extra remanentes captiuabant ab hostib⁹ et ad carcerē ducebant inferni. Sed tempore passionis christi apto dire lācee aculeo latere eius: aptum est celi ostiū et factus patēs aditus vt illuc accedentes presidium inueniāt salutare.
Fig. vnde ipse ait. Ego suz ostiū. etc. Fig. Gen̄. 6. Cuz parata esset archa iussit dn̄s ostiuz fieri ex latere vt p illd ingrederent omnes qui ex aquis diluuij saluandi erant. Spiritualiter. ostium factum in archa est ostium factum in christi latere in sua passione per quod necesse est omnes credentes intrare q̄ in archa ecclesie sunt saluādi et a peccatoꝝ diluuio liberādi. Nā aperto hoc ostio sanguis exiuit i preciū et aqua in lauacrū vt loti et liberati a peccato mūdi itrarem⁹ per mundū ostium ad collegiū iustorū. August. sup Joh. vigilāti inquit verbo euāgelista vsus est: vt nō diceret latus ei⁹ pcussit / aut vulnerauit aut qd aliud: sed apuit: vt illic quodāmodo ostium panderet vite. vnde sacramēta ecclesie manarēt sine quibus ad vitā que vera vita est nō intratur. Jlle sanguis effusus est in remissionē peccatoꝝ. aqua illa salutaris temperat poculū hoc et lauacruz prestat et potū. Propterea pmo mulier facta est de latere dormiētis viri et appellata est mater viroꝝ. magnū qppe significauit bonū: aut magnū preuaricationis malum. hic secund⁹ Adam inclinato capite obdormiuit in cruce. vt inde formaret ei cōiunx que de latere dormientis effluxit. O mors inqt vn̄ mortui reuiuiscūt. qd illo sanguine mūdi⁹? Quid illo vulnere salubrius. hec Augustinus. Aug

Sicut agnus coram tondente se obmutescet. Esa. 53. quādo gētes habentes peragere ardua et laboriosa et precipue cuz illis eminet inimicoꝝ piculū duo cōsueuerūt facere. s. sumere aliqd ad confortāduz et roborandū vires et sibijpsis dare signa vt cognoscāt se mutuo et ab hostib⁹ tueant se. Spūalit. volēs christus educere genus humanū de manu dyaboli. ipse se dedit in cibū et precepit hoc semp fieri in memoriā sue passionis vt fieret nobis in signū securitatis cōtra inimicos. Fig. Exo. 12. de agno paschali comesto cum lactucis agrestibus de cuius sanguine factum est signum crucis in vtroq3 poste domus filiorum israel. cui⁹ os confractum non fuit. Spiritualiter. x Fig.

agnus iste christum significat cruci= fixum in exitu inferni cuius sangui= ne ptegimur a percutiēte angelo.i. dyabolo si corde et corpore nos mu= nimus illo: portantes crucē eius cor de et corpore et memores sim⁹ agre= stis angustie quam ptulit pro nobis os nō fuit comminutum ex eo: qz vt dicit Augu. sup Jo. ad hoc ptinet te
Aug stimonium os nō cōminuetis ex eo: qz cum ad Jesum venissent: non fre= gerunt crura. Igit iste agnus. s. chri stus nos vere de egypto inferni per= cusso dyabolo eduxit. atqz perduxit ad eterne glorie promissionē p mor
Aug tem ipsius. vñ Aug. in quodā smo. resurrectionis dñi. Ipse em̄ adiudi= cat⁹ vt agn⁹ et occisus veluti ouis ab egypto nos redemit et saluauit nos de manu dyaboli q̄si de manu Pha. et ssignauit animas nostras pprio spiritu et mēbra cordis nostri suo p̄ci oso sanguine. hic est q̄ sfusione mor tem induit et dyabolū in plāctū con stituit. hic est q̄ iniquitatē pcussit et iniusticiā sicut Moyses egyptū ste= rilitatem dānauit. hic est qui nos de seruitute eripuit ad libertatem de te nebris: ad lucem. de morte: ad vitā a tyrannide in regnum sempiternū.

De patientia.

A Edificantes domū de lapidib⁹ politis. 2. hesdre. cum debet aliquod construi edificium primo cō sueuerunt lapides cultro poliri et po liti et bene aptati poni in edificiū et quāto pulchriores sunt tanto in emi nentiori loco fabrice coaptātur lapi des qui franguntur cultro vel martel= lo pijciuntur in fundamentum vel in pariete includunt. Spiritualiter. deus intendit fabricare palacium in celis pulcherrimum. scilz celeste re= gnum. Ideo in hac vita q̄plures vo luit esse martellos percutientes la= pides istos hi sunt psecutores et mo lestatores fidelium sub quibus lapi des isti tanto pulchriores sunt in cō spectu diuini fabri: q̄to illi fortius per veram patientiam integri perfe uerāt. Talis lapis ille fuit quem re probauerunt pharisei et p̄ncipes sa= cerdotum. qui factus est in caput an guli. Qui igit patientiam christi se= quuntur pseuerantes ponent post= modū in honorabili celestis edificij loco vbi quiescet omnis tribulatio at qz penalitas. Fig. 3. Regū. 6. vbi le Fig.
gimus q cum Salomon edificaret templum dño de lapidibus quadra= tis et politis nō est audit⁹ malleorū sonitus in templo. eo q extra tēplū lapides sunt politi. Spiritualiter. p materiale edificium templi subaudi celeste edificiū dei vbi nullus son⁹ aduersitatis et afflictionis audietur Ber. in meditationib⁹ suis. In regio Ber.
ne inquit tua amaritudo locum non habet. Non est aduersari⁹ ipugnās nulla ira. nullum impedimētū nul= lus timor. nulla inqetudo, nulla pe= na, nulla impietas, nulla molestia, nulla discordia: sz pax summa et laus eterna: secura sine fine reqes et gau dium semp cū sancto spū. hec Ber. Poliunt ergo lapides q̄ debēt poni in tāto edificio: quia sancti viri quos dei prouidētia elegit ad pficiendū celeste regnum p̄us hic examinant tribulatiōib⁹ et penis: vt cū iracūdi et impatiētes, ac etiā deficiētes sub diuino examine pijciētur in gehēnā pulchri et politi i loco illo celestis edi ficij honorabilit reponent. vñ Pe. Pet
ra. i q̄dā smōe. Ideo forsitā te punit tēporalit vt ab eterne mortis ardore et pena te redimat tpalis. In edifica tione em̄ tēpli p̄us lapides tōdebā= tur ne in illoꝝ impositiōe son⁹ mal= lei audiret. Nūc i horreo dñi granū ponit donec flagellis aut triturātiū pedib⁹ sit excussū. Sic viui lapides qui ponēdi sunt i illa celesti hierusa lem q̄ edificat vt ciuitas. varijs ifor tunioꝝ sussiōib⁹ poliunt anteq̄ in edificio celestis habitaculi collocēt.

B Caput eius aurum optimum.
Ca. quinto. Optimum aurum
probatur p ignem. q̄diu em̄ est ibi
rubigo vel mixtura extranea semper
fumigat qn̄ vero non amplius fumi=
gat signum est perfecti auri. Potest
em̄ tūc fieri oē opus de seipso. Spi=
ritualiter. patiētia hominis igne tri=
bulationū pbat. Expositus em̄ hō
aduersitatis examini: si per murmu
ratiōes vel blasphemias fumigat si
gnum est q sibi non erat aurum per
fecte patientie: sed erat color sophi=
sticus arte ypocrisis fabricat⁹. Sed
cum eque aduersa vt pspera tolerā=
tur signum est optime patientie. Iō
ex tali auro celuȝ adornatur. Math.
5. Beati pacifici quoniaȝ filij dei vo
cabuntur. Et alibi ait dn̄s. In patiē
Fig. tia vr̄a possidebitis aīas vr̄as. Fig.
Exod. 25. vbi legimus dn̄m p̄cepis=
se fieri in tabernaculo candelabrum
ex auro purissimo ductile in summo
habebat. 7. capita equalia sup que
ponebant lucerne. 7. aurece ꝛ erant
ibi. 7. infusoria aurea quib⁹ oleū lu
cernis infundebatur. Spiritualiter.
per hoc cādelabrū ductile aureū no
tatur vir patiēs et deo obediēs qui
semp vera ducit patiētia ꝛ semp in
clinans se ad onus sibi impositū et
supponit humeros ad omnia tolerā
dum. flectit em̄: sed non frangit: qꝛ
in aduersis ꝛ in pspis laudat deuȝ
Cuius oppositū facit ypocrita q̄ ni=
chil vult tolerare. sȝ in minimo ꝯtume=
lie verbo statim frangitur ꝛ ꝯquassa
tur. Et sicut ignis pbat aurū: ita ad
Gre. uersitas pbat virum iustum. Greg.
pmo moral. In hoc inq̄t mens iusta
discernit q dei laudem inter aduer
sa ꝯfitetur q non cum rebus frangi
tur: q non cum casu glorie exterio=
ris cadit: septem vero capita sup cā
delabrū in q̄b⁹ erāt lucerne. 7. sunt
virtutes. s. 3. theologice. ꝛ q̄tuor car
dinales. Et sup his. 7. iusticie ope=
ra inter tenebras lucētia quia inter
superbos lucet humilitas. Inter in=
uidos lucet charitas. Inter auaros
lucet liberalitas. Inter iracūdos lu=
cet patientia. Inter ociosos sollicitu
do sancta. Inter luxuriosos lucet ca=
stitas. ꝛ int gulosos sobrietas. Sūt
etiam ibi. 7. infusoria p q̄ infundit
oleum quo nutriātur lucerne. qꝛ se=
ptem sunt spiritussancti dona quib⁹
infundit xpi gr̄a per quam nutriun
tur in nobis virtutes. vn̄ Greg. sup Gre.
Eze. Sunt inquit multi qui iam p se
ptem gradus. i. p septem spūssancti
dona septiformē gratiam aditum vi
te celestis inueniunt vel meruerunt
per timorem dei fieri humiles. p pie
tatis studium fieri misericordes. p
scientiam discreti. p meritum forti=
tudinis liberi. per consilium securi.
per intellectum pvidi. p sapientiam
maturi. Sic igitur p hec septem in=
fusoria gratiarum nutritur lumē in
candelabro id est in viro dei ne extin
guantur inter mundi huius aduersa
sed tanq̄ exemplaris lumen patien=
tie luceat omnibus qui in domo mi=
litantis ecclesie deo militare dispo=
nunt: qꝛ in ipsa semp est contra ho=
stes triūphus. Cassiodorus sup. ps. Cris
Patiētia inquit est q̄ omnia vincit ad
uersa nō coluctando: sed sufferando
nec murmurando: sed gratias agen
do. Ipsa est que fecem totius volu=
ptatis abstergit. Ipsa est que limpi=
das animas deo reddit.

Odor suauitatis est in cōspectu
eius. Ecclesi. 35. Res aromati= C!
ce non redolent nisi contrite. Rō est
qꝛ cuȝ sint dure materie odor nō pōt
euaporare q̄ claudit infra illas. Et
licet exterius redoleāt cito odor ille
euanescit cum conteruntur partes
abinuicem adherent. Et sic intrin=
secus odor euaporatur. Spiritualit
virtus ꝛ patiētia viri sancti non sen
titur in quiete ꝛ pace. Solū em̄ latet
in corꝫ ꝯscientia intentio pura ꝛ san
cta. Si vero cōteritur ꝛ examinetur

tribulationibus et contumelijs. statim virtus que intus latebat ptz qa quanto vir dei se plus pro xpo pati con siderat tanto amplius sperare presu mit. Ideo p veram patientiam redo let. vnde Grego. 10. lib. mora. Tanto spes in deo solidior surgit: quanto pal lo quisqz duriora pertulerit: quia ne quaqz retributionis gaudiu de eter nitate colligitur: qd non hic pia tri bulatione seminatur. Exuberat ergo odor sanctorum in tribulatione si cut aromata in contritione. Figura Exo. 30. vbi pceptu fuit accipi quattuor species aromaticas scz Stante Onicham, Galbanu bom odoris, et thus lucidissimu. ita vt equalis pon deris essent omnia et debebant hec contundi in tenuissimum puluerem his igitur quattuor quomodo dictu est fiebat puluis thimeamatis sancti ad vsum et cultum dei. Si quis vero hunc puluerem vsus fuisset in pro prium odorez periisset de populo suo. Spualiter. ex quattuor pacientie virtutibus fit thimiamatis sancti odoramentu xpo quod ipse libenter odo rat. Prima patientie virtus est i pro batione seu examine quo nos deus suis flagellis pbat. Alia pro est qua nos dyabolus tetat. Alia est cu a p ximis nostris vexamur. Hi tres scilicet deus et prim° diuersimode nos exarcent in quorum exercitijs si fortes sumus odorem suauissimum deo damus. vnde Grego. omel. 6. super

Gre.

Eze. Tribus modis virtus patiētie exercen solet. Alia nanqz sunt que a deo. Alia que ab antiquo aduersa rio. Alia que a proximo sustinemus. A proximo nanqz psecutiões dāna contumelias sustinemus. Ab aduer sario tentamenta. A deo aūt flagel

Cris la toleramus. Sed in his omnibus modis vigilāti oculo semetipsam de bet mens circunspicere: ne male cō

Ans tra primu ptrahatur ad retributio nem mali. ne contra tentamenta ad uersarij seducatur ad delectationem seu ad consensum peti: ne cōtra flagella opificis prorumpat ad excessum murmurationis. homo igit hec tria obseruans iā habet hec tria genera aromatum preciosa. Sed requiritur quartum. est em quoddam ten tationis genus grauissimum quod nunc a deo est. nuc a dyabolo: et nuc ab homine. Est tamen omnibus periculosius. et hoc est vitam sine ten tatione ducere. vnde Grego. in qua dam omel. nulla inquit maior tenta tio qz nulla tentatione pulsari. Inde Gre. prouenit incircunspectio sui. Incō passio tentati: contētus proximi. Inobedientie lapsus: presumptionis in teritus. hec Gregorius. his igitur quattuor si quis fortis existat acceptum deo offert sacrificium in odorē suauitatis: sed nō. qz nō erat licitum mixturam hmōi aromatuz ad huma num trahere vsum sub pena mortis: quia qui supradicta facit pro humano fauore obtinendo non pncipaliter propter deum vt ypocrite ipsi pe ribunt de populo dei. Job. 8. Spes ypocrite peribit non enim placebit vecordia ei°. Sed sicut tela aranea rum fiducia eius.

D

Ascendunt vsqz ad celum et de scendunt vsqz ad abyssum. ps. 106. vt dicit philozophus. Nullum violentum est perpetuum videmus em violenter graue detineri supius et leue inferius. Nam si graue fm naturam suam libere posset descen dere: nequaqz quiesceret quousqz deuenisset ad centrum terre qui est lo cus grauium. Similiter si leue libere posset ascēdere nunqz cessaret ascendere donec deuenisset ad ignem qui est locus leuium. Sed vtruqz. s. graue et leue violenter vt dictuz est tenētur. Spualiter. peccatores et in grati hoies quorū scelera sicut onus graue grauate sunt super eos ex qui bus merentur gehennam: quadam

violentia in mundo quiescunt Nam de sui natura tendunt ad inferos. vñ. sicut graue si tra apiretur non cessaret ruere circa centrum: sic cū terra aperietur .i. quando fient fouee vel sepulcra in morte pctōꝝ non quiesceret anima illius donec veniat in infernum. Iusti vero quoꝝ est celum etiam hic quadam violentia detinentur vt magis mereantur et ipsorum premiū augeatur. Sꝫ cū dissoluentur a corporis vinculis nō requiescent anime illoꝝ donec peruenerint ad regna celestia. Tūc saciabitur appetitus et desideriū quo solum cupiunt et esse cū xp̄o: vñ xp̄s suos leues et expeditos a pctis q̄ hic premuntur violentia tyrannoꝝ et potentum hortatur ad patientiā di. Jo. 16. Mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini. Sꝫ tristicia vestra vertetur in gaudium et gaudium mundi vertetur in tristiciam. Figura Exo. 14. In exitu israel de egypto tam populus israel q̄ pharao cū egiptijs mare rubruꝫ intrauerunt. Sed egiptijs descēdētibus in ꝓfundum quasi lapis filij israel transierūt ꝑ siccū ꝑ medium eius. Spiritualiter egyptij affligentes filios israel sūt magnates ꝛ mūdi diuites in tenebris pctōꝝ ambulātes qui paupes ꝛ humiles vexare satagunt. Sed oportet in huius mūdi exitu in quo nullā habemus manentem ciuitatem vtrūq; populum per abyssū mortis transire q: vnus est exitus hominum .i. iustoꝝ ꝛ malorum. Sed vbi peccatores descēdunt ad infernum. iusti et scti gradiūt in celuꝫ. vbi persecutores pauperū gemūt in tormētꝫ: patiētes ꝛ mites in beatitudie eťna d̄o fruūť. vñ pe. ra in ser. illo mēdici Lazari ꝛ epulōis diuitꝫ sic ait. Nemo inq̄t putet quia diues iste bonis receꝑit bona quando hinc magis re⁹ est q̄d cum a deo ꝓ malis receperit bona. bona ꝓ bonis reddere contēpsit. Nā de diuitijs tātis nec victū reddit nec sacrificium deo minima oblatione depēdit. at paupꝫ diues vulnere cens⁹ nullus. exut⁹ corpe: vestitus penis animā quā solam nō tenebāt vulnera deo in hostiam iugiť offerebat: hinc est q̄ recepit pro dolore requiē: pro penis immortalitatē: ꝓ opprobrio gloriam. pro contumelijs honorem pro defectu grām. pro vulnerib⁹ p̄mia. ꝓ siti fontē refrigerij. ꝓ fame celestis mente delitias: quam diuitis sacculus non recepit sin⁹ diuine cōsolationis includit. Tu diues fulgens purpura quondam nūc tegere fumo ꝓ coccino vestire flammis pro mollibus discubitis. sustine dura pro latis ferculis epulare penis: copias inopia compensare ebrietates siti digere ꝓ odoribus aspergere fetore vt cui astiterunt voluptatꝫ obsequia assistant ministeria nunc penarum: quia pauperem nunc despiciēdo ista tibi taliter tu mutasti hec Pe. ra.

Sagitte tue acute. psalm. 44. mercatores latronibus obuiātes in nemoribus nulla possunt arma meliora habere arcu et sagittis possunt ei predones percutere a distantibus et nihilominus eos fugere Sūt q̄dā adeo in arte sagittariā periti. q̄ dū sūt in equo et fugiūt etiā iaciūt sagittas: q̄d ē tuta res inter latrones. Nō em̄ debent cum illis mercatores contendere manuali bello quia nil boni cū talibus possunt lucrari cum ipsi diuites sint: illi autē nihil habent. Spiritualiter xp̄i fideles sunt magni mercatores merces em̄ preciosas portant scilꝫ menta et virtutes q̄b⁹ diuina mediāte grā mercanť celū. Sꝫ oꝫ oēs per nemus presentꝫ vite trāsire vbi sepe predoni obuiant infernali. Ille autem cum acie suaꝝ tētationum conatur nos expoliare et priuare p̄

tutum thesauro. Sed cū nos inuadit vel percutit mundi aduersitatibus aut carnis infestationibus. non est certandum seu resistendum per iram seu blasphemias: qꝛ nil inde lucramur. Qui nos affligunt paupes sunt et miseri. Sed decertandū est longe stantes ab ira et odio et arcu patiētie ꝓiycere sagittas laudis dei quibus hoste maligno contrito victores obtinebimus coronā. Figu. pmi parali. 10. vbi legim⁹ cū Saul obuiasset viris sagittariјs grauib⁹ vulneribus ab eisdē pcuss⁹ ē intm̄ q ex dolore in ꝓpriū gladiū irruēs miserabiliter mortu⁹ est. Spiritua. Saul interpretaꝝ abutens seu abusus et recte diabolū denotat qui primo gratia diuina abus⁹ est Iste psecutus est verū regem Dauid ex meris inuidia. et diabolus surrexit ꝯtra verū celi regē ex inuidiosa malicia. Hic ergo obuiat viris sagittariјs a quibus pcutiꝝ qn̄ nititꝝ tentare per mūdi aduersa viros patientia munitos q̄ ꝓ receptis iniurijs in dei laudem p patientiā cito ꝓrumpūt Qd nequiens diabolus sustinere ꝓprio tentationis gladio se interimit. Sagitte ergo patientis acutiores sunt in cor demonis ⁊ grauius illū vulnerant. q̄ fidelis patiētia armat⁹ vulneretur aduersis. vnde Gre. in mora. i. li. inducēs in exēplū patientiā Job sic ait. beat⁹ Job quot voces patientie in laudē dei ꝓtulit. quasi tot in aduersariј pectore iacula intorsit et acriora valde q̄ sustinuit infixit

Fig.

Gre.

De parentibus.

A Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. ps. 2. Quedam enim sunt vni rei ad decorem. que alteri sunt ad dedecus. furor et fremitus sunt in cane act⁹ laudabiles. Sꝫ sunt in hoīe multū vituperabiles. assumit homo tunc proprietatem leonis vel apricanibus instigati. Spūaliter homines deum non timentes vel amātes in nullo futura cogitantes brutis similes qui gloriam sibi a deo ꝑparatam negligētes. commutāt in similitudinem vituli comedentis fenuꝫ vt aper seu catula fremunt cuꝫ liberos ꝓspiciūt adherere deo ⁊ velle religionem intrare latrant et fumunt atq̄ fremūt super religiosos eos ad hoc bonū inducere satagentes. mallent em̄ filios suos inter mundi caliginem inuolui per vsuras rapinas et alia opera mala. q̄ eos videre patienꝝ deo et saluti anime dedicari. Fig. Exo. v. postq̄ Moyses et Aaron inceperunt ex dei mandato populum inducere ab egressu Egypti et ad ingressum terre promissionis Pharao et sui ceperunt fremere et furere in aaron dicentes Quare vos sollicitatis populū exire egyptum? Et durius populum afflixit operibus dispergendo ipsuꝫ ad palleas colligendas et ipsis imposuit superstites qui eos cogerent tantū de opere facere non receptis palleis q̄tum faciebant cum illis ministrabantur pallee. Spiritualiter Filiј israel qui dicuntur dominum videntes sunt pueri apti et ydonei ad vidēdum deum et cognoscendum per sacre scripture studium. hos enim religiosi cognoscētes satagūt de egypto. i. de mundi tenebris educere et per viam religionis ad terram celestis promissionis dirigere sed sentiētes hoc pharao et egiptiј. i. parētes et propinqui murmurant, clamant, fremunt in Moysē et Aarō hoc est in religiosos qui puros ad religioēꝫ inducunt dicentes Quare seducitis filios nostros et orbatis nos heredibus. Non em̄ attendunt q pueri fugiunt presentis vite infinitos interitus. Sed vt bruta omni postposita prudentia latrant solum aspiciētes carnem et sanguinem. Mallent em̄ filios suos dyabolo seruire q̄ deo

Fig.

Idcirco dispergunt per mundu3 ad acquirendam pecuniam multis pec catorum laqueis inuoluendos. Et ne desistant ab opere imponunt superstites sollicitates quia ne eorum filij a secularibus cesset negocijs. illos ligant vxoribus. he enim supsti tes sunt viris suis. Instigant enim die noctuq3 punctionibus duris peten tes et ab eisdem exigentes vestes, ornamenta: et cultus non paruia: s3 maiora more solito. quando. s. daba tur pallee. i. quando pace mundus fruebatur et quilib3 faciliter lucrabatur. Tantum ergo volunt et pl9 quando necesse est filios suos innu meris se ponere periculis: q3 tempo re quo vt dictum est facile lucraban tur. Ecce pessima sollicitudo. Sed debet puri et veri filij israel inito cru cis signo in vtroq3 poste. s. mente et corde sequi Moysen: sc3 xpm et potius deo q3 parentibus obedire. vn
Hie. de hiero. sup Matheu. Si necessitas inquit venerit vt amor parentu amori dei comparetur et non possit vtrumq3 seruari odiu in suos pietas in deum seruanda est.

B Iustus vt palma florebit plantatus in domo dni. ps. 91. Pru dens agricola videns nouam plantam aptam ad fructificandu no de bet ipsam incidere quantucuq3 necessitatem ad omnia opera facienda habeat: vtilius enim est de arbo re semper suo tempore continuatos fructus colligere. q3 de incisa arbo re aliqua mechanica facere et perpe tuo fructibus ei9 priuari. Spiritua liter agricola habens arborem fructiferam in horto suo est homo habes filium aptu ad religionem ad dei seruitium. Non debet igitur pater subtrahere ipsu3 de agro dominico vbi continue per predicationem po test multas saluare animas etiam si ipsum videat posse poni in operibus mundi ad lucra. et terrena bona congregandi in quibus sepe ani ma precipitatur. Figura Deutero.
20 vbi legimus preceptum fuisse fi lijs israel q arbores fructiosas nul latenus euellerent vt de eis fierent machine. Spiritualiter. Arbor fructuosa vt dictum est: est religiosus et ratio est: quia bonus fructus dici tur qui tam intus q3 extra bon9 est vt ficus. habet enim ficus et alij co similes fructus q possunt reseruari. quod non habent fructus haben tes animam vt patet de persicis et alijs que integra non possunt seruari. Sic religiosi qui vere religiosi sunt et sunt intus boni per ieiunia et abstinentia3 et alias virtutes et sut boni exterius per predicationem et bonam doctrinam. No ergo debent christiani filios suos quos aptos vi dent ad tales producendos fruct9 a religionis agro et gremio remoue re: et de ipsis machinas mundanas construere: quibus anima misera de bens machinare vicia ipsa a vicijs machinatur. Et subaudi per machi nas omnes carnales et mundiales sollicitudines in quibus velut machinat9 lapis homines ad alta per mundi psspera elati sepe subito danabiliter conquassantur: quia fortu na vitrea est et sepe frangitur dum plus splendet vt dicit Sen. Melius Sen
e igitur vt in religione quis profici at q3 in hoc mudo deficiat. Ideo bo ni filij q3 parentes diligere tenea tur. eisq3 in licitis obedire sed hoc vi dentes impedimentum prepare no debent illis acquiescere sed debent eos in hoc odio habere. vn Crisosto mus super. 10. Qui amat patre aut Cris matre plusq3 me non est me dignus Sic ait. Non inquit iubet simpliciter odio parentes habere. Sed si volue rint ab eo plus diligi in hoc odio ha beatur.

C Immolauerunt filios suos demonijs. ps. 105. Inter vite pñtis crudelitates crudelior est ppriis filijs malefacere a proposito. Nõ ẽ quia parentes omnes vniuersaliter filios diligunt etiam verũ hoc hꝫ in brutis que videmꝰ ꝓ filiorũ liberatione mortis periculis se exponere. Spiritualiter. Sup omne malũ peius est proprios filios a dei seruitio subtrahere et diabolo ac diabolicis operibus applicare hoc proprie faciunt homines cupiditati et auaritie seruientes qui per has artes filios suos diabolo satagunt immolare. Tales igitur a regno dei merito debent excludi et in inferno includi

Fig. Fig. Leuitici. 20. vbi precepit dñs filijs israel hoc mãdatum Quicũqꝫ dederit de semine suo ydolo moloch ille morte morietur populus lapidabit eum et ego ponam faciem meam contra illum. succidãqꝫ illum de medio populi mei. Spiritualiter Moloch qui interpretatur princeps eiꝰ denotat diabolum qui principatur peccatoribus et mundi filijs qz princeps mũdi huius nuncupatur. et in deo non hꝫ quicqꝫ de semine ergo ꝓ pro Moloch ydolo ministrant qui liberos suos cupiditati et auaritie q̃ sunt ydolorũ seruitus satagũt insudare. hos tales populus terre lapidabit. quia qui pecunie seruus erit multis conquassationibus deprimetur et infinitis cruciatibus cruciabitur. Deus vero contra illos faciem suam ponit: vt exclusi ab angelorũ et sanctorũ consortio infernali tradantur incendio perpetuo cruciandi. vbi his duobus lapidibus obruetur. vñ

Ugo Ugo li. i. de anima Quis puta tũc meror erit: que tristicia: q̃n separabuntur a cõsortio iustorũ a visione dei et traditi sunt in potestate demonũ ibũt cũ ipsis in ignẽ eternum ibiqꝫ semper erunt in luctu et gemitu ibi dolor intollerabił. Ergo si patres crudeles sunt erga semen suum ⁊ sic secum velint proprios filios immolare fugiendũ est ab eis vt euadant filij tot ⁊ talia tormẽta. lꝫ n. teneamur parentibus subuenire si egent dum sumus in mũdo. nõ tñ tenemur ꝓ eis seruire diabolo et displicere deo q̃n nos cupiunt mũdi illaqueare negotijs. vñ Ber. sup cã. ser. 28. pertractans illud. filii vinũ non habent Quid mihi ⁊ tibi mulier Sic ait vt q̃d fratres. sic rñdit xp̃s. vtiqꝫ propter nos vt cõuersos ad dominũ iã nõ sollicitet carnaliũ cura parentũ ⁊ necessitudines ille nõ impediant exercitium spũale Quãdiu eñi de mũdo sumus debitores nos constat esse parentum. At postqꝫ relinquimus nosmetipsos multo magꝫ ab eoꝝ sollicitudine liberi sumus Ber.

¶ De paupertate.

Posuisti in capite eius coronã ps. 20. Scdm imperiales leges romanorum prout maior erat victoria preciosior imponebatur victoribus corona. Ex hoc. n. duces animabantur et milites ad certãdũ fideliter q̃n contemplabãtur victorie, premiũ et honores. Spiritualiter Inter omnia presentis vite certamina durissime feriunt iacula paupertatis. Vñ Inno. de vili condi. huma ne O inquit miserabilis condicio mẽdicantis. ⁊ si petit pudore cõfũditur. et si non petit egestate consumitur et vt mendicet necessitate cõpellitur. Quia ergo sic dure paupertatis stimulus nouit xp̃i milites impugnare: xp̃s rex pauperꝝ voluit triũphantes coronare regni celestis corona. Math. 5. Beati pauperes spũ q̃m ipsorum est regnum celorũ. Fi. Apoc. 12. vbi sic dr̃ signum inquit magnũ apparuit in celo. Mulier amicta sole et luna sub pedibꝰ eiꝰ et habebat coronam. 12. stellarũ in capite. Spiritualiter mulier hec est anima pauperis q̃ tñ fuit in terra deiectꝰ: nũc

Ber. B. Inñ Fig.

Aug autē sic triūphat in celis.vñ Aug. de verbis app.ser.28.paupes con fortans ait. Non tibi inquit displiceat paupertas tua.vis scire qd valet celuz emit. Igitur hec mulier amicta est sole.qz anima sctā pfunditur interi⁹ vt capere possit lucem eterne glorie.ps.in lumine tuo videbimus lumē. Et bñ dicit inducta sole.quia ipsa secuta est eius vestigia q in sole posuit tabernaculū suū et tanq̄ spōsus de thalamo suo procedens nasci voluit in stabulo ⁊ declinari in presepio:cum tñ esset lux vera que illuminat omnem hominem veniētē
Ans in hunc mundū. vnde Ansel .in medit.humanitatis xpi. Tu dñe vniuersorum q nullam habes indigentiam inter ipsa natiuitatis initia nō horruisti abiectissime paupertatis gustare incommoda.vt.n.dicit scriptura/Tibi cum nascerens non erat loc⁹ in diuersorio neq̄ cunabula q teneritatē tuaz exciperent habuisti sed in vili presepio sordentis stabuli tu qui terram palmo concludis inuolutus panniculis reclinatus es.⁊ hoc ipsum a brutis animalibus mater tua mutuo accep̄it.hec Anselm̄. Igitur qui spiritu pauperes sunt abijcientes cordialiter caduca mundi:xp̄i consortes sunt in certamine eiusdem participes fient in gloria. Ideo idem Ansel.ibidē. Cōsolamini inquit consolamini qui in sordib⁹ paupertatis enutrimini:quia vobiscum de⁹ in paupertate habet hec mulier lunam sub pedibus eius. Luna nanq̄ pp̄ter freq̄ntes mutabilitates suas vana et pspera mundi denotat. Lucet em̄ luna noctis tempore et hec caduca lucent in hoc p̄sentis vite caligine. Cum ergo xp̄i fidelis diuino preuentus amore a suo desiderio remouet presentis vite pspera lunā sub pedib⁹ suis calcat iuxta propheticum dictum.diuitie si affluant nolite cor apponere.

Idcirco sequitur. Et in capite eius corona.12.stellarum. Corona ista ē premiū.12.apostolorum xp̄m in vera paupertate sequentium.quo quidez premio veri pauperes pmiabuntur. Nā omnia mūdi felicia relinquentes.mūdi dominū secuti sunt cruci fixū Idcirco dictū est eis . vos estis qui reliq̄stis om̄ia.et secuti estis me Et nobis postmodum dixit. Qui reliquerit domum vel agrum.⁊c. Centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Augu.de verbis domini Aug quibus inquit thesauris equari possit:quod pauptati videam⁹ indultū vt ad regnū celorum veniret diues possessione sua obtinere non potuit. Nunc autē contingit vt contemptu perueniat Sed bene no.qualiter diuitie contēnende sunt. Non em̄ sufficit ad verā pauptatē diuitias nō habere vt quis pauper censeatur: sed requiritur vt nullatenus appetātur.vt quis pauper spiritu quē xp̄s Aug nominat predicetur. Augu.in quodam sermone habeat homo multas pecuniarum facultates si in eis nō extollitur pauper est. nō habeat aliquid sed cupiat.inter diuites reprobos eos reputat dominus : qz diuites et pauperes in corde interrogat et non in archa.

B OBliuioni datus sum.ps.30. Magnuz est periculum diligi a muliere extranea quia ligatus et inuolutus artibus illius detinetur captiuus ⁊ pdit interdum parentes et patriam. Summum tunc est remedium taliter cum ipsa se gerere vt extinguatur amor. Ipsa tunc aspiciens se contēni obliuiscetur illi⁹ et sic poterit liberari. Spiritualiter aliena mulier est cupiditas ab omni milite christi.ps.Superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam. Hec enim est insania pessima velut artifici osa meretrix sensum ⁊ cor hominis adeo immutat ⁊ eius

fantasias inuoluit q nihil aliud po test amare. nihil aliud valet cogita re q cupiditatis amplexus. vn Am bro. sup illo Jo. Attulit ager cuiusdam diuitis. Sicut hi qui p insaniam mentis trāslati sunt. Non iam res ip sas sed passionis sue fātasias vidēt Ita etiam mens auari semel vincu lis cupiditatis astricta. semper au rum sēper argentum credit videre. semper reditus computat aurū gra tius q solē intuetur. Ipsa enim sup plicatio et oratio ad dominū aurum querit. hec Amb. Non est igit alid remediū q se talē exhibere p diuiti arum cupiditatē vt cupiditas nostra obliuiscatur. Nemo em contēptorē suum diligit. s spernit. Fi. Exo. reci tat vbi magister q cū Moyses deti neretur a filia regis ethiopie quā in vxorē desponsauerat nec ab ea pos set recedere vt rediret ad populum suū astronomica arte fecit duas ima gines quarū vna vocata est obliuio quam dedit vxori. Alia vero vocata est memoria quam pro se retinuit. Uxor igitur accepta obliuionis ima gine statim oblita prioris amoris est et moyses libere ad filios israel re gressus est. Spirit. Moyses erat fili us putatiuus Talamuch filie regis Pharaonis egypti recipiētis ipsum ex flumine. sed erat vere filius he bree. p ipsum igitur Moysen subau di hominē quēlibet diuitē et poten tē. putatur. n. filius terrene felicita tis. sed tñ in veritate nō est sic: sed est filius calamitatis et miserie Job 14. homo natus de muliere breui vi uens tēpore. et c. huic ergo rex ethio pum tradidit filiam cupiditatem. Ethyopia enim interptatur caligo rex ergo ethiopie princeps est tene brarum: sc diabolus q conatur cu piditatē filiam eius tradere christia no in matrimoniū indissolubile et p hanc miser hō relinquit patrē et ma trē et pplm suū et patriā Nā xpian perdit xpm et sanctorum consortiū et regnū celi. hec est igitur vxor pesti fera q sic ligat mentem et suis capti uat laqueis. vnde Leo. in ser. cene domini inducens Judam proditorē sup his sic ait in exēplum Cuncta inquit mala cupiditas pcurauit hec affectata magistrum tradidit Judas Nam cupiditas hmōi hanc sortita est naturā captas animas detinet et oibus nodis alligatas astringit rex obliuionem imponit. et alienationem ondit et inde Judas cupiditatis insa nia capt quāta bñficia respuit con uersationē cōsuetudinis cōicationis mense disciplinatus admonitionis suasionis oblitus est frenis cupidi tatis impedit. Ideo Paulus cupi ditatē radicē omniū malorum nomi nat. hec Leo. Facere ergo necesse est duas imagines quarum vna sit obliuio et hanc porrigere cupiditati sed hec p nullam potest fieri fabri cam nisi p artem pauptatis. si pau pertatem dilexeris statim mūdi cu piditas tui oblita te liberum abire pmittet. Et ista imago sc memoria paupertatis saluatoris tui te conci tum perducet ad celum cum veris fi lijs israel qui veram sectātes paup tatem spūale obtinent regnum celi. vn August. in solilo. Hanc secum fe rens imaginem fiducialiter sibi pe tit celum aperiri a christo. dicens. Ecce inquit Domine pauperes filij tui sumus et p illus grex tuus a peri nobis ianuas et edent paupe res et saturabuntur et laudabūt te q requirūt te. Scio dñe et p me fateor te docente qm soli illi q cognoscūt se paupes ditabuntur a te.

Quis ascendet in montē domi ni. ps. 23. Prudens alicuius regionis princeps quam multi mer catores frequentant ita ordinat ter ras ciuitates et castra sua vt viato ribus hospicia non deficiāt. Si em distātia est longa de loco ad locum

Fig.
Leo
Aug
C

Aug et in medio nullum esset receptaculum multi perirent in via nam viatores omnes non sunt eque veloces Aliqui eniz sunt debiles et infirmi qui nullo modo possent ad extremū peruenire terminum. Ideo necesse ē habeāt inuenire hospicium in medio. Spiritualiter eternus princeps magna prudentia ordinauit itinera que ducunt ad celum. Est.n.spacium determinate diete.s. omnia relinquere et cruce accepta sequi xp̄z Sed non omnes homines sunt ita fortes ꝛ agiles vt hec possint exercere multis videretur hic sermo durꝰ abirent retro tristes ꝛ perirent. Nō possent enim de extremo diuitiarū vsqꝫ ad extremū paupertatis attingere. Ideo ip̄e christus libere concessit hominibus diuitias possidere ad licitum vsum: tamem non in illis est damnatio: sed in abusu ipsarum

Aug vnde super illo. ps̄. Diuitie si afflu. no. cor app. dicit glo. August. Non dicit nolite habere. sꝫ nolite cor apponere non.n.dānat diuitias vnde mercamur celum. sꝫ cor appositum quod scꝫ nō expēdit sꝫ recōdit.

Fig. Fig. Gen̄.21. vbi legimus dictum fuisse Loth vt egrederetur de illis duabus ciuitatibus pessimis: scꝫ Sodoma ꝛ Gomorra ꝛ non staret in omni loco circa regionē illam sꝫ in monte saluaret se et familiaꝫ suam. Qui respondit se propter debilitatē nō posse ascēdere eo ꝙ erat antiquus ꝛ debilis vt dicit magister hystorie. Sꝫ inquit ē ciuitas hic iuxta ad quam possū fugere pua et saluabor in ea. Et dominus ad eum. Ecce etiam in hoc suscipiam p̄ces tuas Et saluatus est Loth. ꝛ vocata est Segor. Spiritualiter per has duas pessimas regiones subaudi has duas infamias nephandissimas scilicꝫ cupiditatē et auariciā Ex his dominus Loth. scꝫ fidelem christianum cum tota sua familia. scꝫ memoria intelligentia: ꝛ voluntate. iubet fugere: et non morari circa regiones verbo cogitatione et ope. Sꝫ suadet montem ascendere per contemptum diuitiarum qui mons dicitur tam deo dilectus in quo bn̄placitū est ei habitare. Sed loth.i.christianus infirmus et debilis non potest per viam summe paupertatis ascendere: nec valet sic incedere. sꝫ est Segor hec ciuitas iuxta.i.magis conformis humane fragilitati. scꝫ actiua vita: vita marthe operari proprio sudore quo viuas. et in hoc etiam salus est. ps̄. Labores manuum tuaꝝ. ꝛc̄. Et nota ꝙ segor interpretatur parua vel minor: quia multum distat ciuitas hec a premio prime vite. quia sicut se habet meritum ad meritum ita premium se habet ad premium. qui enim parce seminat parce et metet nihilominus quia non equaliter valemus omnes voluit christus inter medium ꝛ extremū Segor esse. id est licitum diuitiarum vsum in quibus potest homo sibi hospicium per elemosinarum largitionem procurare in celo: nec est ibi offensio: si homo pro se et suis sibi que sunt necessaria prouideat. Unde Augusti. in quadam epistola. Sufficientiam inquit vite non indecenter vult quisquis eas vult: et non amplius. que quidem non appetitur propter seipsam sed propter salutem corporis et congruentem habitū persone vt nō sit inconueniens eis quibus viuendum est. Ista ergo cum habentur vt teneantur et cū non habentur vt habeantur orandum est Aug

Amice non facio tibi iniuriam tolle quod tuum est et vade. Math.20. Nō est decens repetere quod homo spōte vendidit. Res eñ vendita translata est in possessionē emptoris. Ideo iniustum esset rem venditam velle habere et precium. D

Ex his enim qd plus placuerit po=
test homo eligere. Sed postq̄ se sic
ad vnum determinauerit non pote=
rit aliud repetere. fieret enim empto
ri iniuria. Spūaliter nō est decens
hominē in vita presenti delitijs di=
uitijs et voluptatib⁹ suis velle frui
regno dei postposito et in alia vita
christi regnum repetere Iniuria eni͂
fieret pauperibus spiritu qui vt re=
gnum istud emerent dederunt non
solum mundi diuitias et facultates
sed etiam seipsos dederunt in preci
um. Ideo iustus iudex contra iura
petentibus respondebit Recepistis
bona in vita vestra. Pauperes vero
mala. sufficiat vobis portio quaȝ ele
gistis. vocastis bona vestra in ter=
ris. Bonis ergo illis contentamini

Fig. Figura Geñ. 25. ꝛ. 27. Cum Esau
primogenituram vendidisset Jacob
fratri suo. Et pater eorum Jacob be
nedixisset in roze celi. Et fecisset do
minum hereditatis venit ad patrē:
et ait. Pater mi da mihi benedictio
nem. Respondit Isaac pater eius.
Fratrem tuum dominum tuum feci
quid tibi possuȝ facere? verumtamē
in pinguedine terre erit tua benedi
ctio. Spiritualiter Esau et Jacob fi
lij Isaac denotant diuitem ꝛ paupe
rem qui simul exeunt negociari in
vitam presentem. Isaac enim qui ri
sus interpretatur christus ē qui est
gaudium angelorum et hominuȝ. et
qui amborum factor ꝛ creator dicit
vnde diuites et pauperes obuiaue=
runt sibi in via vtriusq3 autem crea
tor est et domin⁹ Sed vide q Esau
primogenituram vendidit cibo vili.
Esau interpretatur vanus Quis va
nior: quis insipientior eo qui pro tā
vilibus preciosa amittit? hos tales
Jere. plorat in trenis dic. Dederūt
inquit preciosa pro cibo ad refocil=
landas animas. ad refocillādas in
quit non autem ad satiandas. Quic
quid potest homo in vita presenti di
uitiarum obtinere nequaq̄ minimā
partem appetitus anime valet satia
re. Et nihilominus vanus iste vana
talia potius eligit q̄ celestia in qui
bus est plena sacietas Ideo semper
est in angustia. vnde Isidorus in so
lilo. Quamuis quisq3 in seculi glo=
ria fulgeat. q̄uis purpura et auro
quis resplēdeat: q̄uis cultu precio=
so redimitus emineat. Semper ta=
men in pena est. semper in angustia
semp in merore. semp in discrimine
q̄uis in sericis stratis cubet sed tur
pidus in pluma iacet. sed pallidus.
In lectis aureis sed turbatus. Bre
uis est huius mundi felicitas. In
his ergo vanus homo portionem su
am petit. sed Jacob id est paup por
tionem suam sibi dari petit in terra
viuentium: vbi rubigo non maculat
nec tinea corrodit. hic nil habet. Iō
sibi recipit benedictionem de roze
celi quia terrenam gloriam non que
siuit. diuiti vero dicitur. In pingue=
dine terre. id est in terrena substan
tie tua benedictio sit. nō aliud pe=
tas habes quod voluisti. Tolle qd
tuum est et vade. Fruebaris diuiti=
is. paup vero colluctabatur cuȝ pau
pertate. Non decet repetere quod
semel venditum est. Non potes ha
bere mundum et celum o diues. q̄a
non potest hic deo seruire et mundo
vnde idem Isidorus libro preallega
to. valde rarum est vt qui diuitias
possident ad req[ui]em tendant. Qui
rebus terrenis se implicat a dei a=
more se separat. Qui in rerum tem=
poralium amore defigitur in deo
nullatenus delectatur Nemo potest
amplecti dei gloriam et seculi simul
futura merces non hic promittitur
iustis sed in celo non in terra mer=
ces promittitur sanctis. hec Isidor⁹

¶ De penitentia.

visionis datam Johanni fidei Petri
ait. Cu talis ac tāta donata est gra
tia: sicut Johanni. Et subdit forta s-
sis quis dicet summo vertici aposto-
lorum dico Petro qui dño interrogā
ti quem se esse estimaret respondit.
Tu es christus filius dei viui. Sed
nō temere (vt opinor) qs dixerit plus
in typo fidei et actionis q̄ scientie &
contemplationis Petrum talia dixi s
se. Per Johānem vero notat scien-
tia seu efficatia intellect⁹. vñ Orige.
ibidē Johannes autem ptemplatio-
nis atq scientie typum imitat. Ipse
siquidem recumbebat supra pectus
domini quod est cōtemplationis sa-
cramentum. Igitur currunt ambo. s.
fides & sciētia ad itellectū sacre scri-
pture. Et licet scientia et intellectus
acutiora sint ad intelligendum non
tamen valēt pius fide intrare. vnde
idē Orige. ibidem. Johānes currit ci
tius petro. Acutius nanq atq velo
tius intima diuinorum apicum pe-
netrat secreta virtus contemplatio-
nis penitus purificate q̄ actiōis ad
huc purificande. Ueruntamen pri-

mo intrat petrus in monumentum. Deinde Johannes, ac si ambo currunt ambo intrant. Petrus siquidē fidei est symbolū. Johannes significat intellectum. ac per hoc quoniam scriptum est. Nisi credideritis nō intelligetis: necessario precedit fides in monumētū sacre scripture. Deinde intrat intellectus: cui per fidem preparatur aditus.

¶ De satisfatione.

A Sinite paruulos venire ad me. Math. 19. Si quis paruulos pueros cum ambulare incipiunt primo vellet vltra eorum debilem facultatem ad ambulandum cogere eos penitus precipitaret ꝛ forte ita lederet vt ad iter nunq̄ apti essent. Spiritualiť. si quis vellet peccatores in primordio conuersionis eorum quādo scilicet de peccato nuper per penitentiam se ad gratiā transtulerūt exasperare ad nimia onera penitentie vt puta ad nimia ieiunia ad graues satisfationis actus velut infantes et infirmi deficerēt. Et forte talis cēt eorū casus versus peccatum ꝙ de penitentia amplius non curarent. Ideo multum requiritur cōfessoris discretio vt satisfactoriam penitentiam sic mitem penitentibus ac discrete imponant: vt nequaq̄ inducant ad precipitium penitentes qui nuꝑ ad christi misericordiā reuertūtur. Figura Genesis. 33. vbi legit᷑ ꝙ Jacob redibat de mesopotamia. Vñ fugerat afflictiōes et deceptiones Laban ꝛ ducebat liberos et armenta ꝛ familiā suam secum versus terram natiuitatis sue cui occurrit Esau frater suus ꝛ dixit illi. Pergamus simul eroq; socius itineris tui. Et respondit iacob. Tu precedas ꝛ ego sequar te vt veniam prout nouero posse paruulos meos. Nam si plus in ambulando fecero paruulos tenellos et oues fetas laborare q̄ possint morientur cūcti vna die greges. Spūaliter. Jacob qui interp̄tatur supplantator denotat confessorem discretum qui paruulos scilicet peccatores purgandos sibi commissos conatur educere de manu dyaboli: et de mundi huius tentationibus versus terram natiuitatis sue: id est versus celum propter qđ nos deus creauit ꝛ redemit. Cupit enī nos per viam penitētie reducere ad christum: sed cum dilectione hominum ex viciorū supplātatione. Esau vero qui interpretatur aceruus lapidum denotat indiscretum confessorem qui onera grauia simul vult imponere penitētib᷑ tenetudinē penitentium minime attendens cū ad huc fetātes sint ꝛ graues ad ambulandum in via dei ꝑpter longam in peccato moram quam contraxerunt peribunt per peccati recidiuum. prudentius ergo atq; discretius reducūtur leniter q̄ aspere ne pereant cūcti greges: scilicet confessionis ꝛ cōtritionis. ꝛ c̄. vnde Criso. suꝑ Mat. Cri

Si enim fascē super humeros adolescentis quam non potest baiulare posuens: necesse habet vt aut fascē proijciat aut sub pōdere confringatur. Sic et homini cui graue penitētie pondus imponis necesse est vt aut penitentiam reijciat aut suscipiens dum sufferre non potest scandalizatus amplius peccet.

Venite ad me omnes qui laboratis. Mathei. xi. Nota ꝙ q̄ exiuit mare in quo passus est tempestatem etiam cum peruenit ad litt᷑ videtur q̄si moueri motu solito prout mouebatur in mari vel naui. vñ nec cēt in tuto vadēs periculosa itinera rupiū sine iuuamine pſōe adherentis sibi. Nam in passu periculoso posset cadere. Jō tutius ē eos per viam planam ducere licet lōgiorem q̄ per asperam. Spiritualiter. peccatores nuper ad penitentiam de peccato exeuntes comparantur B

his qui nauigio de procellis tempestatis maris peruenerunt ad littus. Non enim debent incontinenti duci ad altas rupes et asperas per impositionem maxime abstinentie et austeritatis ne precipitentur. Sed ducendi sunt per vias planas quousque fantasmata motuum maris euanuerint id est quousque de cordibus eorum totaliter euanescat delectatio quam habuerunt in prauis actionibus. Fig. Exo. 13. vbi legimus quod cum pharao dimisisset filios israel de egypto exire plagatus non duxit eos Moyses per viam terre philisteorum que vicina erat. Et hoc quia timebat ne forte peniteret populum si vidisset aduersum se bella consurgere et reuerterentur in egyptum. Spiritualiter. per Moysem subaudi confessorem discretum. per populum exeuntem de egypto pharaone plagato subaudi peccatores ad penitentiam redeuntes percusso dyabolo plagis contritionis et confessionis. Non ergo discretus confessor peccatores immediate confessos ducere debet ad alta certamina penitentie: sed paulatim expedit per desertum penitentie reficiendo manna vbi dei ducere debet de mansione in mansionem. i. de virtute in virtutem quousque solidati in gratia fortiores effecti sint vt hostes aggredientes vincere possint et terram promissionis. i. celestem patriam superando vicia valeant obtinere. Nam cum incipiunt appropinquare terre promissionis per contemplationem tunc illa inebriati dulcedine fortius dimicant. vnde Gregorius. 25. mora. supradicta verba tractans ait. Ex egypto itaque filii israel exeuntes ex vicino bello subtrahuntur: quia derelinquentibus seculum quedam tranquillitas prius ostenditur ne nimia sua tenentudine aut inchoatione turbati atque territi redeant ad illud quod euaserunt prius. Igitur suauitatem sentiunt. securi prius pacis quiete nutriuntur. Post cognitam vero dulcedinem tanto iam tolerabilius tentationum certamina sustinent quanto altius cognouerunt quod ament.

Redde quod debes. Math. 18. C Lex precipit vt per que homo offendit: per eadem torqueatur. vnde scriptum est Leuiti. 14. dentem pro dente. Spiritualiter. hoc idem suo modo exigit lex diuina vt deo satisfaciat per illa que in deum peccauerunt homo nanque componitur ex duobus. scilicet ex spiritu et corpore: ideo dupliciter peccauimus contra deum: scilicet spiritualiter aut corporaliter: licet sepe et vt plurimum vtroque modo simul peccemus. debet igitur fieri duplex satisfatio: scilicet spiritu et corde. Satisfatio spiritus est oratio. Satisfatio cordis est ieiunium et cordis maceratio. et hoc modo bene satisfacit qui deliquit cum hec duo fiunt. Figura Leuiti. vbi legimus in multis locis quod acceptum sacrificium fiebat de animali ruminante et scindente vngulam et non de aliquo alio. Spiritualiter. Tunc anima ruminat cum homo peccata sua recordando dolore vt sibi dimittantur orat. Tunc vero bene vngulam scindit: cum corpus suum bene per macerationem domat. Et tunc fit sacrificium deo acceptum de corde contrito et corpore macerato quod ipse deus nos despicit. Nam tunc totus homo deo deuotus redditur cum spiritus datur orationi et corpus bone operationi: nec vnum sine reliquo valet. Non enim sufficit cor orare deum si membra exteriora offendant deum. Utraque reddenda et satisfacienda est deo. s. cordialis deuotio et corporalis operatio si perfectam volumus indulgentiam consequi. Unde Cassiodo. sup psal. Psalmodia: id est oratio est suauissima virtus armonie: per quam ira dei suspenditur quando vox cognoscitur operibus consonare. Nam si he due

res discrepabili sibi varietate sociãtur nequaq̄ possunt efficere temperatam cantilenam nec ad aures domini venit quod se mutua varietate confundit.

D Affer michi obsecro bucellam panis.3. Regum.17. Secundum sententiam sapientis. Qui aufert ab egeno panez quasi qui effun dit sanguinem. Et nota q̄ tempore famis quicquid homo diuitiarum at q̄ magnarum facultatum posset ha bere totum daret pro modica refecti one. Sic enim legim⁹ Genesis.25. Esau fecisse cum a venatione veniret esuriēs primogenituram vendidit pro scutella lenticularum. Spi ritualiter. q̄ negat christo satiffationē dn̄i potest quasi qui effundit sanguinem ei⁹ et p̄cipue dum christus in vita presenti esurit et sitit nostraz salutem. Et miromodo nequam est qui sibi satiffacere negat; quod petit. cum solum bucellam: id est modi cum quid respectu eius quod abstu limus petat. Nam si ei negam⁹ modicum quod a nobis exigit per suos confessores in actu satiffationis: et ipse demum personaliter veniet ⁊ a nobis personaliter repetet totum de bitum: et nequaq̄ sufficiet quod ha

Fig. bemus. Figura primi Regum.25. Ubi legimus q̄ cum Dauid cū pueris suis esset in deserto misit nuncios suos ad Nabal cuius pecora ton debantur vt illi indigenti et egenti subueniret de cibo. Et reducebant illi ad memoriam pueri quos miserat Dauid dicentes. Ecce magister noster existens in deserto gregez tuum non tetigit pastores tuos nō offendit omnia tua bona seruauit. deprecamur te vt sibi de modica re puideas. Sed negāte illis quicq̄ da re Nabal et deridente Dauid atq̄ illi improperante exilium eius. nunciauerunt pueri hec omnia Dauid qui iratus arreptis armis cum multitudine grandi armatorum ibat ad exterminandum Nabal in propria substantia ⁊ familia vt non remane ret de cunctis que possidebat mingens ad pariete. Sed Abigail vxor Nabal placauit iram eius occurrēs ei cum cibarijs et donarijs in via. et ita factum est vt mortuo Nabal Da uid acciperet Abigail in vxorē. Spi ritualiter. per Dauid subaudi christum qui desiderabilis est secunduz suam misericordiam: sed terribilis secundum suam iusticiam. Per Na bal cuius pastores et pecora atq̄ ar menta Dauid non ledit: sed seruat notatur peccator quem diu christus expectat illesum corporalibus mem bris ⁊ integrum exterioribus bonis hic igitur pueros suos mittit quando predicatores verbi dei dicentes peccatoribus vt agant de peccatis penitentiam et fructus faciant satis fationis deum tantam sustinentem iniuriam modica satisffactione contē tum placādo. Sed recusat miser pec cator corporali appetitu preuentus quod inquit debeo dare meis pueris et laboratoribus meis dabo Dauid. hoc est dicere. Quod dare debeo vo luptatibus meis et sensibus corporis dabo Christo et sic miser ingratus beneficiorum dei existens irritat diuinam patientiam: ⁊ tunc con surgit Christus munitus armis iusticie vt exterminet peccatorem sic obstinatum. Sed tunc debet sponsa: id est anima rationalis preuenta consilio surgere: et velut totius domus domina asinum: id est corpus onerare muneribus penitentie ieiunijs: scilicet et lachrymarum ⁊ ceterorum operum satiffatione et cum his occurrere Dauid in via: id est in hac vita ante mortis exterminium: et tūc christus placatur. Et mortuo peccatore corporaliter assumit sibi

animam in ſponſam. et reddit ſibi
ꝓ modico multū. Jō hic debemus
modicā xp̄i adimplere petitionem
vt in futuro accipiamꝰ tā grandia
Au. ſermone. 25. de verbis domini
Aug Dicit tibi xp̄s. Da michi ex eo qđ
dedi tibi de meo quero Da ⁊ reddo
tibi. habuiſti me largitorem fac me
debitorem. habeam te feneratorem
Temporalia mihi das: eterna tibi
reſtituā. Teipſum tibi reddam qñ
te michi reddidero.

De ſpiritusſancto

A Fluuius egrediebatur de loco
voluptatis ad irrigandū pa
radiſum. Geneſ. 2. Nota ꝙ fluuius
đr eo ꝙ fluat ſemper. Et ex hoc aq̄
fluminis đr aqua viua qꝛ fluuiꝰ ſē-
per tm̄ recipit q̄ꝫtum emanat et ex-
pandit Aqua nāqꝫ fluuialis ꝓpter
motum continuum ſana eſt ad bibē
dum et piſces quos ꝓducit ſunt opti
mi. Spiritualiter ꝑ aquā hmōi flu-
uialem ſpiritusſancti gratia denota
tur q̄ ſemper de ſinu pr̄is et filij ꝓ
cedens ſemper infunditur cordibus
fidelium, ſanctoꝝ. Doctrina eius ſa
na ē et recta et piſces quos produ-
cit. id eſt merita que inducit optima
ſunt qꝛ eterne retributionis digna
Figu. Apoca. 22. vbi beatꝰ Johan
Fig nes ſibi fatetur fuiſſe oſtenſum flu-
uium aque viue ſplendidum tanq̄ꝫ
chriſtallum procedentē de ſede dei
⁊ agni in medio platee eiꝰ et ex vtra
qꝫ ꝑte fluminis lignum vite afferēs
fructus. 12. Spiritualiter fluuiꝰ iſte
denotat ſpm̄ ſanctū qui ſuo ſplendo
re viam pandit eterne vite q̄ prius
erat ignota. pſ̄. Notas mihi feciſti
vias vite. ⁊c̄. Hic enī procedit a ſe
de dei patris pariter ⁊ agni qꝛ ſpiri
tusſanctus a patre filioqꝫ procedit.
Deſcendit enī et fluit in medio pla
tee eius: quia per ſanctā eccleſiam
catholicam decurrit in canalibus ſā
ctorum doctorum. habet hoc flumē
duo latera et in vtroqꝫ eſt lignum
vite. quia ſpiritusſanctus duas ha-
bet vitas. ſ. contemplatiuam et acti
uam et in vtraqꝫ eſt ſpiritualis refe
ctio animarum et eterna retributio.
Et hoc lignum vite producit. 12. fru
ctus qꝛ. 10. precepta pertinentia ex
ſuperabundantia ad contemplati-
uam tantū. Igitur iſte fluuius ſua
fecunditate omnia implet. ſua velo
citate omnia ſubito mutat. ſua clari
tate omnia mūdat et clarificat. Jđo Leo
Leo papa in ſer. de ſpūſctō. O q̄ꝫ ve
lox inquit eſt ſermo ſapiētie et vbi
dominus magiſter eſt. cito diſcit qđ
docet. Non eſt adhibita increpatio
ad audiendum. non conſuetudo ad
vſum. non tempus ad ſtudium ſed
ſpirāte vbi voluit ſp̄us veritatis. ꝓ
prie ſingularum gentium voces per
fecte ſunt eccleſie oratiōes Ab hac
igitur de tuba euangelice predicati
onis intonuit. ab hac die ymbres ca
riſmatum flumina benedictionum:
omne deſertum et vniuerſam aridā
rigauerunt.

Pueri mei mecum ſunt in cubi- B
li. Luce. xi. Dū princeps ma-
gnus dormit habens inimicos et fa
milia dormit. non eſt in tuto niſi cu-
ſtodes vigiles habeat. Ideo conſue
uerūt tempore dormitionis tā diur-
ne q̄ꝫ nocturne aliqui ad hoc ordina
ti muniti cuſtodire atrium domini.
Spiritualiter conſciētia ſācti đr eē
lectus et cubile ſanctiſpūs ibi enī li
benter quieſcit ſed quia princeps in
ferni. et omnium malorum actor. et
ſpiritusſācto inimicatur. et querit il-
lum extinguere in nobis. ipſe ſpiri
tusſcūs vigiles virtutes hꝫ circūeū
tes atrium iſtud ne diabolus appro
pinquet. Fig. Can. 3. Legimus le- Fig.
ctum Salomonis ambiri a. 70. for
tiſſimis ex iſrael. tenentibus gladiis
et doctis ab bella propter timores
nocturnos. Spiritualr. ꝑ Salomo
nem qui interpretatur pacificās mē
tes ſubaudi ſpiritūſanctum qui pa

tam dure ceruicis ꝙ etiam in macera percussi etiam se insensibiles exhibent. Tanta est eorum inueterata superbia et in eorum cordibus radicata ꝙ nullatenus queunt humiliari et se coram creatore suo culpabiles agnoscere. Isti penitus insanabiles sunt Augustinus in sermone. 4. dominici aduentus. Peccatum inquit quod obduratum est non dolet. putrefactum vulnus quod non dolet non pro sano habendum est: sed pro morte putandum est. Quando aliquid pungitur et dolet aut sanum est aut est in illo aliqua spes sanitatis. Quando autē pungitur calcatur et non dolet pro mortuo est habendum aut de corpore proijciendū hec Augustinus.

Aug

C Vidi impium superexaltatum. ꝛc. ps. 36. Nulla perfectior medicina illa que morbo contrariatur. quia per illa morbus reprimitur nam si egrotus estuat ex calore datur ei frigida medicina. Si autem frigido conquassatur morbo illi calido subuenitur remedio. Ideo contraria contrarijs: vt vulgo dici consueuit curantur. Spiritualiter. nullum eque bonū potest adhiberi morbo superbie: vt est humiliatio. nullū pōt dari elato iudiciū adeo ꝯdignū quale est ipsum ad ima de sublimi eijcere. Ibi enim torquetur propria nequitia. Sic enim fecit deus primo superbo angelo vt illius confunderet arrogantiam. Ait enim. Ascendam in celū super astra celi. ꝛc. Et sequitur. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. ꝛc. Figura. Daniel. 4. Ubi legimus ꝙ ille magnus Nabuchodonosor rex babilonis in spiritu superbie eleuatus dixit. Nō ne ista est babilon quam edificaui michi in robore regni et in gloria decoris mei? Adhuc erat sermo in ore eius et vox de celo predixit ei eiectionem regni et eiectus est a ciuibus regni illius. Et dicit magister ꝙ mutata est mens eius. ꝛ fugit de regno et cum feris facta est habitatio eius fenum comedebat vt bruta creuere vngule eius et capilli eius. Et sic mutatus et quasi fera effectus sic stetit per septem tempora. Spiritualiter. per hunc regem babilonie subaudi dyabolum qui rex confusionis nuncupatur eo ꝙ dicitur rex supbie. Ipse enim regnat super omnes filios superbie. Dixit enim Nonne est ista babilon magna. ꝛc. Ac si diceret. Nonne ego ex natura decoris mei possum regnare vt deus. Ascendā inquit in celum super astra celi ꝛ ponam sedem meam ad aquilonem et assimilabor altissimo. Sed factum est dum eleuaretur a ciuibus celi expulsus sepultus est in infernum. Comedit fenum: quia conatur seducere sanctos viros a mundi virore remotos. Unde Job. 40. Cum dominus ipsi Job de dyabolo loqueretur ait. Ecce behemoth quem fecit tecū fenum comedit quasi bos. Creuerunt capilli eius. Nota capillos de superfluo nasci nec esse substantia intrinseca corporis. Subaudi ergo dyabolum sine peccato a deo esse cōditum: sed ex superbia sua atqꝫ nequitia peccasse. Et intantum creuerunt huius capilli: id est peccata vt totam eius cooperiant: immo potius excludant pulchritudinem. Creuerunt vngule. et facta est fera crudelis per inuidiam inducens in orbem terrarum mortem et animas sanctorum conatur predari et rapere. Et cum feris est habitatio eius: quia omnes fere pessime: id est omnia

Fig.

Fig.

Ber.

A

principalia vicia' suum caput. scilicet superbiam sequuntur. Job.40. Omnes bestie agri ludent ibi. Gregorius.31.moral'. Septem vicia capitalia de superbia virulenta radice proferuntur. Stabit per septe; tempora. Nota q septenario numero revolvitur omne tempus. Comprehendit enim septem singulos dies temporis. Subaudi ergo per septe; tempora eternitatem in qua ipse dyabolus in sua dura superbie cervice obstinatus remanebit: quia nescit humiliari: sed eius superbia semper
Hug crescit. Unde hugo libro primo de anima. Superbia in celo nata est: s; velut immemor qua via inde cecidit illuc postea redire non poterit. Ad ipsius ergo interitum tendunt superbi homines imitantes ipsius arrogantiam. Ideo in psalmista dicitur. Vos sicut vnus de principib' cadetis.

¶ De tentatione.

A Absondita est in terra pedica eius. Job.18. Longe plus cavendum est ab occultis insidijs q ab aggressibus hostium manifestis. Cum enim quis insidiatur homini occulte ipsum invenit improvisum: ideo ad ledendum magis aptum. Sed cum palam aggreditur reperit ipsum ad defensionem paratum. Sed adhuc super hoc maius est periculum quando hostis amicitiam simulat et amicus putatur. Spiritualiter. dyabolus conatur omnes fideles sua tentatione occidere veruntamen: quia per christum viribus p stratis non potest aperte vincere nisi voluntatem. ideo non semper vt leo invadit aperte. Sed vt plurimu insidiatur vt draco et transfigurat se vt bonus videatur vt facilius de-
Fig. cipiat. Figura.3.Regum.14. vbi legimus q Jeroboam dixit vxori sue. Muta habitum vt non cognoscaris et vade in Sylo ad achiam prophetam domini: que fecit. Sed propheta vxorem Jeroboam divinitus inspiratus cognovit et ait. Quare te aliam simulas? vade et dic Jeroboam. dicit dominus. Ego delebo de domo tua Jeroboam vsq; ad mingentem ad parietem et clausum et novissimum. Et sic exponens magister: id est vsq; ad vltima de quibus non est mentio delebo. Spiritualiter. Jeroboam interpretatur divisio populi & bene denotat dyabolum qui semper studet populum dei a deo dividere: et proximum a proximo suo per odiu; et livorem. hoc est enim officium ei' hic igitur sciens vxorem propriam. scilicet tentationem proprio habitu ab eo missam sanctos viros non latere: facit eam alio ornatu vestire vt scilicet aperta culpa simulata sanctitate vestita ornetur vt facili' possit decipere. vade igitur in sylo ad achiam. Sylo interpretatur translata. Achias vero fraternitas domini & bene per hoc notatur christi miles qui translatus de peccato ad gratiam spirituali fraternitate coniunct' est christo. Etiam dicitur q erat propheta quod interpretatur videns. iustus enim & deo servire cupiens sine culpa debet semper vigilare sobrius ne ipsum decipiat vxor Jeroboam: scilicet dyabolica tentatione ficta sanctitate vestita. Gregorius in moral'. Gre.
Hostis inquit nostri malicia tanta arte separat vt plerunq; mentis oculo culpas virtutes fingat. vt vnde quisq; expectet premia: inde eterna dignus est invenire tormenta. Sed respondit Achias. Quare simulas te esse alteram q vxorem Jeroboa? Ac si dicat cognosco te. non decipies me. vade retro. revertere ad viru tuum Jeroboam: scilicet dyabolum et secum habita: quia apud me de

pertinentibus ad ipsum non remanebit vilissima res aliqua quantuncunque minima que totaliter non deleatur eo quod dicit dominus sic precepit. Et sic dyabolus confusus et prostratus de campo fugit et arma tentationis deponens nequit virum sanctum amplius talibus impugnare. Unde
Ori. Origenes super libro Jesu naue. puto inquit quod sancti quique repugnantes aduersus tentatores spiritus et eos superantes atque vnuquemque eorum vincentes imminuant exercitum demonum. et velut equos plurimos eorum interimant. Uerbi gratia. vt his qui caste pudiceque viuendo fornicationis spiritum superauit. non phas sit vltra illi spiritui qui ab isto sancto victus est iterum alium virum impugnare.

B Discedite a gentibus terre: et ab vxoribus alienigenis. 2. Esdre 9. Cum gentibus diuersorum morum et dogmatum non debet homo longam contrahere moram: quia est illi plusque mors. Nam eque posset quis cum feris habitare. Ideo si quando oportet mercatores transire habent interpretem ne decipiantur. et habito quod volunt recedunt et moram aliam non contrahunt. nec in aliquo modo cum talibus contrahendum esset. Spiritualiter. Gentes diuersorum morum a christi fidelibus sunt tentationes et suggestiones demonum habent enim mores contrarios et dogma contrarium a moribus et a dogmate christiano. Quia tamen oportet nos per huiusmodi gentes transire: quia non est possibile ad celum ire nisi transeundo per tentationum certamina: nullatenus debemus per aliquam cordis complacentiam cum illis morari nec eas nobis vinculo matrimoniali per consensum coniungere. Et cum nos omnino oportet per eas transire. diuinum sermonem habere debemus nobiscum tanquam interpretem et qualis sit tentatio intueamur vt cognoscamus resistendi modum et transeamus. Figura Exodi. 34. precepit dominus Moysi dicens Cum veneritis ad terram promissionis quam ego dabo vobis non recipietis pro filijs vestris vxores gentium illarum regionum: nec dabitis filias vestras eis: nec aliquam amicitiam contrahetis cum illis: sed delebitis magnos et paruulos. Alias erunt vobis claui in oculis et lancee in spatulis. Spiritualiter. precepit dominus vt non componamus amicitiam cum demonibus recipiendo tentationes suas in vxores sensibus nostris verbi gratia. cum enim dyabolus vana oculis subministrat ex eo quod oculi videant sine concupiscentie consensu nec contrahitur matrimonium. Et sic est de alijs sensibus. Si autem cor consentit et retinet quod oculus aspexit: iam ligatum est vinculo amplexus iam consummatum est matrimonium si per abusionem matrimonium dici potest. iam mechatus est eam in corde suo. ait saluator. Igitur nisi occidamus et deleamus prauas tentationes et magnas volentes terram promissionis intrare crescent et erunt nobis claui in oculis et lancee in spatulis. Gregorius in morali. Si tentationi in corde nascenti festine non resistitur. eadem qua nutritur hora roboratur: foris in operibus vix vinci preualet: quia ipsam intus membrorum dominam mentem captiuam tenet. hec Gregorius.

Fig. (beside "Figura Exodi") Gre. (beside "Gregorius in morali")

C Non habitabit in medio domus mee. ps. 100. Solennes persone non sinunt habitare in domibus earum atque in vicis meretrices et infames personas ne liberi et familia coinquinentur ab illis. Spiritualiter.

fideles christi sunt psone electe. prime Petri secundo. Uos estis genus electũ. &c. Non ergo debēt nobiscũ habitare suggestiones & tētationes demonum ne virtutes anime corporales sensus inquinent. Fig. i Gen. & in Exodo: & in multis aliis libris. in quib⁹ legit filios israel habitasse sine gētibus: vt patet in terra Gessem et in deserto in tabernaculis & in terra promissionis. Et cum sic habitabant deus semp erat cũ illis. Quando vero commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum. deus elongat⁹ est ab eis. & captiui ducti sunt ab hostibus eorum. Spiritualiter. p populum israel subaudi populũ christianum deum fide vidētem: nō igitur in medio eorum: id est in cordib⁹ eorum que domus dicuntur debent habitare tētationes & demonũ suggestiones. Quandiu enim sine illis per cordis dissensum habitam⁹ semper deus nobiscum est: sed cum per consensum miscemur illis deus indignat⁹ recedit a nobis: & nos ducũt demones in captiuitatē peccati. Et nota q licitum erat gentes per terras iudeorum transire: sed non morari. prohibita enim erat eorum adinuicem conseruatio. Sic non est omnino cōtra nos sentire tētationes et cogitationes peruersas: sed cum illis per longam moram & consensum misceri illicitũ est. Gregorius. 27. mo. ad iudeā dñs p Jer. dicit. Quousq morabuntur in te cogitationes noxie neq eñ reprehēdit cur veniunt: sed cur morantur. In bonis eñ cordibus cogitatiōes illicite veniũt sed tamen morari phibentur: quia recti quiq ne captiuandam domum conscientie prebeant. ab ipsa cordis humani arce hostes fugāt q et quādo repētinis suggestiōibus vsq ad primum vestibulum surrepit ad consensum tñ iam nō ptingit. hec Gre.

Fili accedens ad seruitutē dei ad tentationem preparata animam tuã. Eccli. 2. Solent tyranni vsq ad mortē retinere dñiũ. & quāto amplius vidēt appropinquare populum libertati tanto amplius vexant eos. Ideo longe melius est pro libertate obtinēda honorifice mori q sub tyrannica seruitute contumeliose viuere: vt dicit Tullius de qstionib⁹ Spiritualiter. dyabolus est tyrann⁹ crudelissimus cuius cupida tyrannidis nunq potest repleri. vnde Gregorius in omel. Iniustum est seruire dyabolo qui nullo placat obsequio Quanto ergo cognoscit ad libertatē populum accedere: tāto amplius ei parat insidias & nunc omnimodo seuiuat quius proditorio non parcens vsq ad mortem. Simulat eñ interdum se victum et cum videt hominē se putare securum subito illum inuadit. exemplum habemus de Pharaone qui postq licentiauerat populũ de egypto inuasit illũ iuxta mare rubrum & vbi populus se iam putabat sine persecutiōe persistere. Sic dyabolus dimittit hominem exire peccatum quē se in illo videt retinere non posse. Et nihilominus cum tempus prospicit inuadendi. denuo illum aggreditur. vnde Beda sup Luc. li. i. Sepe inquit antiquus hostis postq menti nostre tētationum certamina influxerit ab ipsa suo certamine ad temp⁹ recedit. nō v.. llate malitie finē prebeat: sed vt corda que p quietem secura reddiderit repēte rediēs facilius inopinat⁹ irrumpat. debet ergo homo semper esse paratus: nec de quiete qualicũq cōsiderare: sed quāto se pficere nouerit in virtute tāto se paratiorē ad certamē disponat Figura habet in quattuor libris in quibus aperte hoc patet de filiis israel: qui non solum habuerũt in exitu egypti Pharaonem post eos: sed

ab alijs multa bella passi sunt etiaȝ cum in terra promissionis fuerūt Jebuseus molestauit eos. Spiritualiꝛ. filij israel sunt christi fideles q̄s non solū in exitu peccati dyabolus vexat sed etiam in via penitētie multū molestat: etiā in statu gratie ab inquietudine. minime cessat. vnde Petrus.
Pet ra. in quadam epistola. Mundus cōtra suos desertores fortius pugnat. Et egredientes vite secularis illecebras grauius congressus expectat. Nā ꝛ in exitu israel de egypto Pharao vehementius exardescit ꝛ sathanas egrediens ab homine quem ab infantia tenuerat ipsum in egressu grauius deseuit. Cōmunis cursus vite presentis est tētationib⁹ apprehendi. Nam ad virtutis exercitium Jerosolimitis relictus est Jebuseus et apostolo spiritus sathane datus est. ne reuelationibus extollatur.

¶ De Christo.

A Multus est ad ignoscēdū. Esay. 55. Inter alia q̄ principis clemētiā manifestāt est ipsa pietas: seu indulgentia que quidem maior ꝛ minor dicitꝛ: ſm q̄ maior vel minor nūcupatur offensa. Nulla auteȝ potest maior a subdito offensa committi q̄ꝫ que in principis maiestatem cōmittitur: ideo princeps ignoscēs offendēti se clementissimus reputatur. Spiritualiter. christus est prīceps ꝛ dominus omnium ꝛ ipse est plenus clementia ꝛ pietat.. quia non solū parcit delinquentibus in extraneos: sed offendentib⁹ propriā maiestatē: nec soluȝ parcere illis nouit: sed illos cōtinue querit saluos facere. Figura. i.
Fig. Regū. 26. vbi legimus q̄ cuȝ Saul exercitum magnum congregasse: cōtra Dauid vt illū caperet et occideret in deserto: ip̄e Dauid clam de nocte ingressus est tentorium Saulis simul cum Abisay propinquo suo. Et dormiēte Saul dixit Abisay. Fodiā eum vno ictu ꝛ non indulgebit secūdo. respōdit Dauid. Nequaq̄ꝫ morietur nisi descendēs in prelium intereat. christus eñ dñi est. Sed accipe cyphum ꝛ hastam eius. Quod ꝛ factum est. Et cum recessisset inde cuȝ cypho ꝛ hasta clamauit Dauid a lōge. Abner Abner. ꝛ narrauit q̄d fecerant. Qd cum Saul audiret cōtritus ait. peccaui: nequaq̄ꝫ vltra tibi male faciā eo q̄ p̄ciosa fuerit anima mea in oculis tuis: apparet enim q̄ stulte egerim ꝛ ignorauerim multa. Sp̄ualiter. per Dauid subaudi christum. p̄ Saul peccatorem. Congregat enim peccator exercitum contra christum quando multiplicat peccatum sup̄ peccatum. Sed intrat christus tentorium eius simul cum Abisay qui interp̄tatur rugitus eius: et bene denotat iusticiam eius. que rugiens super peccatorem parata est perfodere vno ictu animam simul cū corpore vt amplius nō resistat. Sed prohibet christ⁹ di. Nequaq̄ꝫ morietur. christus eñ dñi est. i. redempt⁹ christi sanguine. Eze. 18. Nolo inq̄t mortem peccatoris: sed vt magis cōuertatꝛ et viuat. Nequaq̄ꝫ p̄ibit nisi in morte peccatū suū ip̄m interimat Sed accipe sibi hastam ꝛ cyphuȝ. i. sanitatem corpoream ꝛ mūdi facultatē quib⁹ impugnat me vt p̄cipiat q̄ ipsum occidere potui. Quo facto christus illum videat intrinsecus ad conscīētiam. Et tunc ad se reuersus peccator cognoscit suū peccatū ꝛ cōfitetur illud. Cognoscit enim q̄ preciosa fuerit in ꝯspectu ipsius anima eius id est magno precio sanguinis christi redempta. ꝛ dicit nō peccabo ampli⁹. patꝫ ergo q̄ꝫ magna sit multitudo diuine clemētie que quasi de faucib⁹ iferni sua benignitate suos liberat peccatores et persecutores.
vnde Augustinus in soliloquio. Cū Aug iam me absorbuerat iste draco: et tu

ab ore eius extraxisti me. Cum peccaui: et ipse paratus fuit deglutire. Sed tu domine defendisti me. Cum contra te inique agebã: cum tua mãdata fugiebam. stabat paratus ipse: vt raperet me ad infernũ: sed tu domine prohibebas. Ego te domine offendebã: sed tu me defendebas. Ego te non timebam: sed tu me custodiebas. A te recedebaꝫ: ꝛ inimico meo me exhibebam. et tu ipsum ne me tãgeret deterrebas. Multotiẽs de faucibus leonis: ꝛ ex ore dyaboli eripuisti me. Appropinquaui vsqꝫ ad portas mortis: ꝛ ne ipsa me caperet tu fecisti dñe deus meus. hec ꝛ alia beneficia michi exhibuisti: sed ego erã cecus et non cognoui donec illuminasti me. hec Augustinus.

B Que sursum sunt sapite nõ que super terram. Col. 3. Querẽs aliquam rem sibi necessariam debet obseruare locum vbi putat rem istaꝫ esse. Et debet obseruare inquirendo modum per quem illam possit inuenire alioquin est labor inquirẽtis eã quia res ipsa extra proprium locum non inueniretur. Si quis quereret aues in mari / ꝛ pisces in terra, nullatenus inueniret. Et ideo oportet scire modum querẽdi: scilicet ꝑ vestigium rei. Nam si quereretur sortes vt homo nullam aliam habendo de sorte noticiam nunqꝫ posset inueniri nisi casu. oportet em̃ habere similitudinem rei querende ꝑpter quã ipsa res cognosci potest. Spiritualiter. Si volumus querere christum et ipsum inuenire: hec seruanda sunt. debemus enim signa seruare quib⁹ cognoscitur christus. ꝛ hec signa sunt ymago ꝛ similitudo que in nobis est scꝫ in anima. Nam si christum soluꝫ quereremus vt hominem: ꝛ ipse sit deus ꝛ homo non possemus ipsuꝫ inuenire, vestigium ergo ad ipsum inueniendũ ſm qð est deus est ymago eius quã in nobis habem⁹ ꝛ ſm quã nos creauit vt de⁹: sed postmodũ vt deus ꝛ homo. Non ergo queramus ipsum vt est homo tantum: quia sic non reperiretur: sed queram⁹ vt est homo ꝛ deus: ꝛ sic inueniem⁹. Quesierunt eũ iudei vt hominem tantuꝫ ignorantes signa deitatis. Ideo ipsum ignorauerunt ꝛ ipse eos ignorauit. Sic em̃ dicit ꝑpheta. Signa inquit nostra non vidimus. ꝛ sequitur Et nos nõ cognoscet amplius. Ideo christ⁹ dicebat illis. queritis me non vt deuꝫ supple. Et sequitur. ꝛ in peccato vestro moriemini cecitatis. scilꝫ signa enim diuinitatis habẽtes sua a prophetis non cognouerunt id est noluerunt cognoscere: quia illos illorum malitia excecauit. dederat enim Esay. 35. illis signum dicens. Cum venerit deus ad saluandum nos tunc aperientur oculi cecorum: aures surdorum patebunt. Saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. hec igitur signa videntes non cognouerunt: quia oculos habebãt et non videbant. Debet etiam queri in loco vbi habitat: scilicet in celestibus ac spiritualibus: non autem in mundanis et carnalibus. Nam si in mundi delitijs queratur labor ibi ꝑditur. querendus est enim per signa spiritualia: non sensibilia. Et querẽdus est in celis vel in celestibus nõ autem in mundanis alioquin inueniri nõ poterit. Figura. 4. Regum. 2. Fig. vbi legim⁹. 50. viros quesisse helyam super mõtes ꝛ colles per. 3. dies nec valuerũt inuenire. Assumptus enim fuerat in curru igneo ꝛ trãslatus in paradisum. Spiritualiter. per helyam subaudi saluatorem nostrũ christũ. per. 50. viros subaudi. 5. corporales sensus quiquies. 10 efficiũt 50. decimus enim numerus completus est. quinqꝫ enim sensus corporis

humani perficiunt et complent armoniam. per montes et valles subaudi mundum istum: quia quosdam eleuat in sublime: et quosdam usque ad yma deprimit: et quos hodie fortuna eleuat cras deijcit ad miseriam. Si ergo in mundo via sensuum queras christum nunquam ipsum inuenies: quia neque per signa queris neque locum obseruas. Et transierunt tres dies vite presentis. scilz Adolescentia, Juuentus, et Senectus. et postea morieris in peccato tuo: christo non inuento. Non ergo eum queras in mundo et carne

Aug Augustinus in soliloquio. Erraui inquit sicut ouis que perijt querens te exterius. Circuiui vicos et plateas huius mundi. misi nuncios meos omnes sensus exteriores: vt quererent te: sed non inuenerunt te. oculi dicunt. Si non coloratus est: per nos non intrat. nasus dicit. Si non redolet: per me non intrabit. Et deducit ibi Aug. de omnibus sensibus. Et in eodem interrogaui inquit terram si erat deus meus. Et dixit michi. Non sum. Interrogaui mare et abyssos et reptilia: et omnia que in eis sunt. Et responderunt michi. Non sumus deus tuus. Interrogaui molem mundi. dic michi si tu es deus meus: an non? Et respondit voce forti. Non sum inquit ego: sed per ipsum sum ego. quem queris in me ipse fecit te: et me quere super me et te.

C Dixit enim in corde suo oblitus est deus. ps. 9. Prudens princeps seu dux semper conatur dum oportet ipsum contra hostes certare qualiter salua gente sua valeat inimicos prostrare. Ideo insidijs prauis studet hostes percutere vt inuadens improuisos magis feriat saluis suis. vnde

Veg Vegetius de re militari. lib. 3. cap. 9. Boni inquit duces non aperto prelio in quo est commune periculum: sed ex occulto semper attentant. vt scilz integris suis quos possunt hostes interimant. Nam pauciores numero superuenientes et insidias facientes sub bonis ducibus deportauerunt sepe victoriam. faciende ergo sunt insidie: et precipue quando hostis minus cauet: et de suis virib9 atque militib9 multum confidit. Spiritualiter. ante christi aduentum dyabolus putabat deum oblitum esse misereri et de propria potentia confidens existimabat propter parentum lapsum super humanum genus ius habere perpetuum sed christus cum paucis inermibus apostolis veniens positis insidijs prostrauit illum taliter vt amplius non resurgat: et sine lesione omnes suos seruauit. Figura. Exo. per multa capitula. vbi legimus quod cum tractaret exitum de egypto israel Pharao nimium mirabatur. Et turbat9 asserebat se deum israel nullatenus cognoscere: et se nequaquam populum dimissurum. Et nichilominus videbat signa et prodigia que faciebat Moy. in egypto: et quod Magi ipsius defecerant coram Moyse in tertio signo. Et his visis ignorabat diuinam virtutem esse in Moyse. Sed vt insipiens persecutus est Moysen et populum per mare rubrum ignorans quod deus ibi posuisset insidias vt tam exercitus eius quam ipse mergerentur in profundum. Factum est igitur vt eo in omni malitia eius consumptis et mortuus Moyses et omnes populi eius icolumes sunt reperti. Spiritualiter per pharaonem subaudi dyabolum qui humanum populum in tenebris detinebat captiuum: venit igitur verus Moyses assumptus de aquis: quia venit christus ab omni peccati labe alienus. Dum igitur incepisset tractare et predicare in mundo penitentiam: vt omnes a peccati egypto liberaret turbatus cepit quamplurimum admirari et intra se querere quisnam esset iste qui

Fig.

suam vellet deprimere potestatem. videbat enim christum signa et prodigia facere: sanare infirmos: suscitare mortuos et magos suos. satellites in conspectu eius deficere ac clamare. Jesu christe fili dei vivi cur venisti ante tempus torquere nos. sed cecus iste fact⁹ tota die insipiens in sua avida malitia conabatur que contra se videbat argumenta soluere. quod pulchre Aug. deducit in quadam omel. super illo Mat. 4. Duct⁹ est Jesus in desertum sic dicit. Cum inquit inimicus dei filium tanta mirabilia facientem videret: voluebat secum ut arbitror atque admirans dicebat. quis est iste qui me nesciente hunc ingressus est mundum? Novi quidem: quia de femina natus sed nescio unde conceptus est. Astat ecce mater: sed patrem investigare non possum. partum video: sed non agnosco nascentem. et quod stupori meo accrescit inconsueta lege pariendi etiam edito filio mater resultat ut virgo. Cum iacet in cunabulis parvulus suffundit lachrymis vultum similemque se esse mortalium vagitibus prodit. Et cum nichil ei de infantia desit nulla tamen est illi velut ifantis corruptio. quid hoc miraculum. video quod audire nequeo. Audio que sustinere non possum. ut homo natus honoretur ut de⁹. A seculis hoc michi numquam contigit: ut quisquam nasceretur homo: et quicquam humani vicium non haberet. que hec tam nova potensque generatio inter peccatores et impios nat⁹ mortali etiam matre progressus purgator etiam cunctis nascentib⁹ et ipse michi celo purior apparet. Quid plura? nichil in eo reperio quod me delectet. puto eum in regno meo velle regnare ne forte deus sit iste quem nullum potest maculare peccatum vel delictum. Sed si deus esset subdit dyabolus quomodo indignitatem sui partus feminei sustineret. quo esset vilibus paucisque content⁹? Quis credere posset ifantie vagitum esse in dno? cui non esset audienti ridiculum dnm femineo lacte nutriri? Hec Augustin⁹. Igitur iste pharao aviditate nocendi cecus factus: ut dictum est cepit ipsum persequi usque ad mare rubrum. i. usque ad effusionem sui sanguinis et mortem et dum putavit capere captus est. Et dum credidit purum hominem invenire incidit in salvatorem: quia divinitas sub humanitate latebat: quam iste inspiciens nescivit cognoscere que tamen aperte operabatur in christo: sed prostratus cognovit. Unde illi hanc cecitatem improperant cetere creature: prout sanctus Effrem monachus deducit in sermone quodam de christi transfiguratione. ubi christum deum et hominem probat di. Si non erat deus Gabriel quem dnm vocat. Et si non erat homo: Maria quem in ventre portabat? Si non erat deus Helizabeth quem salutabat? Si non erat homo in presepe quis iacebat? Si non erat deus Magi quem adorabant? Si non erat homo Joseph quem circumcidebat? Si non erat deus: Columba quem protestatur? Si non erat homo: Johannes quem baptizabat? Si non erat deus: peccata quis relaxabat? Si non erat homo: in deserto quis esuriebat? Si non erat deus: mare et venti cui obediebant? Si non erat homo: in mari quis [illegible]miebat? Si non erat deus: mortuos quis suscitabat? Si non erat homo: cibos quis sumebat? Si non erat deus: Latroni quis regnum donabat? Si non erat homo in cruce quis pendebat? Si non erat deus: Sol lucem propter quem deponebat? Si non erat homo: in sepulchro quis iacebat? Si non erat deus: tertia die quis resurgebat? Si non erat homo: Thomas quem palpabat? hec Effrem. Patet igitur quod Christus fuit

Aug

Effr

deus et homo. Deus ex substantia patris ante secula genitus. omnia implens omnia complens equalis per omnia patri et in vna ex ipso: et cum ipso sempiternus essentia. Naturam in se suscepit humanã ꝛ creator ac dominus omnium dignatus est vnus esse mortalium. electa sibi matre quam fecerat que salua integritate virginea corpore esset ministra substantie: et humani seminis cessante contagio. nouo homini et puritas esset et veritas. vnde qui verus est deus: idem verus est homo dominus noster Jesus Christus qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per infinita seculorum secula. Amen.

¶ De accidia.

A Percussit petram et fluxerunt aque. ps. 77. Nota ꝙ aliter ostenditur virga equo pigro et aliter sollicito: nam pigro non solum ostenditur: sed per latera virga percutitur: sollicito vero solum demonstratur ꝛ super ipsum eleuata tenetur et sine percussione currit. Spiritualiter. multi sunt equo vel asino similes pigro qui nunꝗ versus dominum currunt per bona opera nisi bene semel vel bis percutientur dum enim longe est ab eis domini flagellum pigrescit et miseri semper ocio vacãt: sed dum domini flagello pulsantur seu feriuntur tam in bonis tẽporalibus tunc timentes ad fontem

Fig. misericordie currunt. Figura. Numeri. 20. capitu. ꝙ tunc cumꝗ Moyses cum teneret virgam eleuatam super lapidem lapis non dedit aquã sed bis percussa virga egresse sunt aque largissime vt biberẽt homines et iumenta. Spiritualiter. per lapidem subaudi duriciem peccatoris ꝗ frangi nequit nisi flagello domini percutiatur: scilicet aut in temporalibus aut in corporis sanitate. tunc enim deposita duritie cõuertitur petra in stagna aquaruz per lachrymarum effusionem et sic verificatur ꝗd dominus per Ezechielem. xi. di. Auferam cor lapideum et dabo vobis cor carneum. bibunt ergo homines et iumenta: quia tam virtutes anime ꝙ sensus corporales sitientes salutem latissime reficiuntur. ergo bene dominus accidiosis et pigris sua flagella infert: vt qui nolunt leuiter vocati de cathedra pestilentie surgere durioribus moueantur flagellis. vnde Isido. de summo bono. libro. 3. capi. xi. qui blando verbo castigatus nõ corrigitur acrius neces- Isid.
se est vt arguatur. Cum dolore eniz sunt abscindenda que leuiter sanari non possunt.

¶ Finis. Laus deo.

¶ Figurarum biblie opus perꝙ vtile cura peruigili Parisiis castigatum necnon in officina magistri Johannis seurre al's de pica nouissime traditum feliciter finit. Anno salutis christiane. 1506. die vero. 24. Aprilis.